

— Folger B
copy 2009

{ Andrius Storie
Provincie Romania
fol. 168 .

**FORMULARIUM
LITTERARUM PATENTIUM
QUE QUAVIS OCCASIONE
A PREPOSITIS
GENERALIBUS
NOSTRIS PATRIBUS CONCEDUNTUR**

fg.1

I(n) N(omine) D(omini)
Formula litterarum Patentium
pro Vic(ari)is Generalibus
D. NN. R(everendissi)mo P.d.

Cum in comitiis nostris generalibus nuper in Collegio NN. celebratis in Vica(rio) gen(erale) nostre Congregationis vite ac recte per vota secreta ad prescriptum Sacri Tridentini Concilii R(everendissi)ma Paternitas vestra fuerit electa, nos plurimum de ipsius integritate doctrina prudentia ac zelo discipline regularis confidelntes], tenore presentium R(everendissi)mam Paternitatem vestram prout supra eligimus et electum declaramus eidem facultatem impertientes ea omnia prestandi, que in nostris constit(utionibus) cap(itulo) de munerera, et auctoritate Vic(arii) Generalis prescribuntur mandantes omnibus nostre iurisdictioni subiecti] in virtute Sante Obedientie ut ipsam in omnibus nostre congreg[ationis] locis in Vicarium Generalem agnoscant, ac revereantur [...] in omnibus et per omnia obediant, non secus ac si [...] presentes essemus. Insuper volumus ut iuxta formam nostrum <cos] s'intenda nostrarum> Constitutionum Reverendissima Paternitas vestra possit inquirere ac corrigere pro locorum ac personarum opportunitate procedendo usque ad sententiam definitivam inclusiva[m]. Preterquam in pena culpe gravissime respondentis cuius definitivam sententiam nobis reservamus .[In quorum] fidem. Dictum.

fg. 2

Alia formula amplior

*Premisso ut in anteriori formule generali preambulo usque ad illa
verba confidentes dicatur.*

Vigor presentium Reverendissimam Paternitatem vestram pro ut supra
eligimus atque electum declaramus cum tota ea facultate, auctoritate
ac prerogativis quas nostre Constitutionis l.1. cap.9 et alia
Vicarius felic(is) decernunti et nos communicare possumus huic nostre
primarie nostroque numero coniunctissime administrationi intendimus
eum omnes ad auctoritatem qua fungimur in utroque foro in
Reverendissimam Paternitatem vestram plenissime trasfondere uti de
facto trasfondimus et conferimus mandantes omnibus nostre
iurisdictioni subiectis in virtute Sancte Obedientie ut ipsam in
Vicarium Generalem cum amplissima nostra auctoritate agnoscant ac
venirentur ipsique eam obedientiam et reverentia present quam nobis
si adessemus exhibere etiam et specialiter ipsam commissarium nostrum
eligimus cum amplis, larga, libera facultate tribunal ubicumque opus
fuerit erigendi actuarium pro suo arbitrato assumendi, procedendi,
inquirendi, constituendi, iuridice torquendi quoscumque nobis
subiectos in quibus casibus et formis cunctas causas quas examinandas
ac indicandas voluerit assumere ad sententiam usque definitivam
inclusive deducendi. In
quorum fidem. Datum.

fg. 3

Formula litterarum Patentium
Pro Generali Procuratore

D. N.N. A. P. D. N.

Cum in comitiis generalibus in Coll(egio) nostro NN. celebratis unanimi Patrum vocalium consensu ad prescriptum nostrarum Constitutionum in Procuratorem Generalem canonice fueris electus; Nos, auctoritate qua fungimur tenore presentium vite a recte electum, te declaramus et quatenus opus sit denuo eligimus cum tota ea facultate, auctoritate, exemptionibus et prerogativis que Procuratori Generali vigorestrarum Constitutionum iuridice competunt. Proinde multum de tua prudentia, et in rebus agendis dexteritate confidentes omnibus nostris subditis mandamus ac precipimus ut te in Procuratorem Generalem totius Congregationis agnoscant, et assignate tibi pro expensis necessario faciendis temporalia subsidia prompte ac sine aliqua contentione seu repugnantia conferant. In quorum fidem. Datum

fg. 4

Alia pro Viceprocuratore Generali

D. NN. R.P.

Ne ex diuturna absentia ab urbe Roma A.R.P. D. N. nostre Congregationis Procuratoris Generalis ad definit(orium) proxime

celebrandum N. in Coll(egio) N. profectum publica Congregationis nostris negotia que in Romana curia pertractantur, negligantur et inde gravissima toti Congregationi detrimenta eveniant, plurimum de Paternitatis tue prudentia, zelo boni publici et magna in negotiis peragendis dexteritate confisi tenore presentium, et qua fungimur auctoritate te usque ad reditum in Urbe prefati a R.P. Procuratoris Generalis in Vice Procuratorem Generalem eligimus et deputamus omnem auctoritatem atque facultatem; que vigore nostrarum Constitutionum a nobis tribui potest R(everen)de P(aternita)ti tue communicantes quatenus quecumque pertractaveris eandem virtutem, et idem rebus habeant, ac si ab ipsomet A.R.P. Procuratore Generali gesta et pertractata fuissent. In quorum fidem. Datum.

Advertendum quod si alia fuerit causa quam absentia a Roma Procuratoris Generalis faciendi novam illius electionem vel substitutionem, hoc in principio litterarum patentium erit exponendum V.G. si elegendus erit Procuratoris Generalis ob mortem alterius, ita erit exordendum. Cum non sine magno animi nostri sensu A.R.P. N. in Romana Curia pro nostra Congregatione, Procurator Generalis ultimum diem obierit, ne negotia publica nostre Congregationis que in eadem pertractantur (et cetera) usque in finem. Attamen pro illis verbis usque ad reditum, dicitur usque ad novam electionem a definitorio seu capitulo generali faciendam.

Et hoc advertendum et observandum in singulis litteris patentibus que expendantur pro nova electione cuiusque dignitatis facta propria

auctoritate a R(everendissimo) P(atre) nostro Generali extra tempu
capituli vel definitorii.

fg. 5

Littere Patentes pro Provincialibus

D. NN. A.R.P.

Cum in comitiis nostris nuper N. in Coll(egi)o nostro NN, habitis in
Prep(ositu)m Provincialem Provincie N. ad normam novarum pro nostra
Congregatione Constitutionum felicis recordationis Alex(andri) Pape
VII vite ac recte per vota secreta fueris electus, nos plurimum de
tua prud(entia), doctrina et charitate confidentes, tenore presentium
te pro ut supra eligimus et electum declaramus cum ea per supradictam
tibi assignatam Provinciam facultate ac auctoritate, quam
Provincialibus idem Alex(ander) VII et visitoribus concedunt nostre
Constitutiones lib. p(rim)o c.13 mandantes proinde omnibus nostre
iurisdictioni in prefata Provincia subiectis in virtute Spiritus
Sancti ut tibi in omnibus et per omnia eandem obedientiam et
reverentiam presentem quam nobis ipsis exhiberent. In quorum fidem.
Datum.

fg. 6

Littere Patentes pro vice Provincialibus

D. NN. A.R.P.

Cum A.R.P. NN. Prepositus Provincialis Provincie N. legitimis
detentus impedimentis prohibetur quo minus commissam sibi Provinciam

de more perillustrare possit de Paternitatis tue prudentia ac zelo regularis discipline maxime confisi te in vice Provincialem prefate Provincie eligimus atque electum declaramus infrascripta loca et collegia tue visitationi et correctioni subycentes, facultatemque imperlites ea omnia prestandi, que in nostris constitutionibus cap. de visitat(ione) nec non a nova Constit(utione) Alex(andri) Pape VII Prepositis Provincialibus prescribuntur; itaque mandamus omnibus nostre iurisdictioni subiectis in infra scribendis locis atque Collegiis degentibus in virtute Spiritus Sancti ut Tibi in omnibus et per omnia odediant non secus ac nobissci <cosi> presentes essemus. Hic subycentur nomina locorum seu collegiorum

Si Prepositus Provincialis fuerit mortuus dicetur.

Cum A.R.P. NN. Provincialis Provincie N. vita functus sit (et cetera); si infirmus incipiendum erit ita e.g.

Cum et cetera infirmitate detentus nequeat sue Provincie visitationem adire.

fg. 7

Alia formula

Muneris nostri partes exigunt ut nostre Congregationis Provincias ne quiddam mali patiant absentiibus nobis et earundem Prepositis Provincialibus viro eque prudenti ac Religioso committamus qui Religionis commodo ac decori sollicitate intentis rebus tam spiritualibus quam temporalibus data occasione noverit providere.

Quamobrem cum nos in visitandis Provinciae N. domibus nec non A.R.P.N. in Iustranda sua Provincia N. diutius detineri oporteat cumque ambo ven(erabili) def(initione) proxime post Pasca Resurrectionis celebrando N. interesse cogamur cupientes cuicumque detrimento quod in nostre vel illius presentie defectu subire posset dicta Provincia N. occurrere. Te cuius prudentiam religiose observantiae zelum et erga Congregationem nostram singulare studium satis superque novimus nostrum in eadem Provincia Provisitatorum creamus et eligimus, electumque ac creatum tenore presentium declaramus quoadusque nos, vel ille, in provincia revertamur quatenus ea omnia agere possis et statuere que nos ipsi prestarimus et decerneremus, si presentes essemus prout in domino et e re eiusdem Provinciae iudicaveris. Itaque durante nostra et prefati A.R.P.N. Provincialis absentia precipimus omnibus et singulis in eadem nobis subditis ut tibi et (cetera) ut in alia et (cetera).

fg. 8

Formulae litterarum patentium pro superioribus

Nos D. NN. R.P.D. N.

Cum in definitorio nostro in Coll(egio) N. Prep(ositur)am sive Rect(or)iam Coll(eg)ii N. legitime iuxta prescriptum Sacri Tridentini Concilii fueris electus, Nos premissis, attentis et plurimum de tua virtute, probitate, prudentia et regularis disciplina, zelo confidentes, Te prout supra eligimus atque electum declaramus facultatem impertientes et omnia prestandi que in nostris

constitut(ion)ibus de munere et potestate superiorum sancita sunt, nec non confessiones Christi fidelium audiendi, verbum Dei enunciandi tam in nostris ecclesiis quam in aliis si fueris requisitus servandis in hac parte, que servari debent, In quorum fide[m]. Datum.

In ampliori forma pro qualitate Personarum

Volumus etiam ut quoscumque sacerdotes tibi subditos iuxta constit(ution)es nostras idoneos repositos ad sacramentales confessiones excipiendos et clericos ad maiores ordines promovendos presentare possit nobis statim novitis nec non novitios in coll(egio) tuo regimini commissos degentes ad professiones nobis ante admonitis et consultis admittere valeas servatis alioquin servandis.

Vel ita

Et ea preter presentandi sacerdotes idoneos ad sacramentales confess(iones) audiendos et clericos tibi subditos ad quoscumque ordines promovendos missarum, manuales, elemosinas acceptandi earundem obligationes distribuendi, absolvendi in foro conscientie a casibus nobis specialibus reservatis et ea omnia prestandi in quibus alioquin nostra auctoritas requireretur.

Advertendum quod si fuerit electus superior tempore Capituli dicetur in principio cum a def(initione) nostro inter Generalia comitia celebrato in Coll(egio) (et cetera).

fg. 9

Littere Patentes pro Vic(ario)
ex occasione absentie superioris

Quia Coll(egium) nostrum NN. sui Prep(ositi) sive Rect(or)is a
defin(itorio) nuper in Coll(egio) NN. celebrato legitime electi
presentia caret, ne defectu capitis aliquid detrimenti patiatur in
membris neve nostrorum: ibi degentium regularis observantia relaxatur
et habet plurimum de Patern(itat)is Tue integritate et prudentia
confidentes tenore presentium et ea qua fungimur auctoritate
vic(ari)um te nostrum in pred(icto) Coll(egio) NN. constituimus,
eligimus et constitutum atque electum declaramus cum solitis
honoribus et oneribus in quibus reliqui superiores a def(initorio)
electi, onorantur ac onerantur, facultate impertientes ea omnia
prestandi, que in nostri constitut(ionibus) cap(itulo) de munere et
facultate superiorum sancita sunt. Et insuper Christi fidelium
confessionis audiendi verbum Dei enunciandi in nostris ecclesiis et
in alienis etiam servatis tamen omnibus que servari debent.
Precipimus itaque in virtute Spiritus Sancti universis et singulis in
prefato Coll(egio) degentibus ut tibi in omnibus eandem obedientiam
et reverentiam prestat_quam nobis ipsis exhiberent, si presentes
essemus. In quorum fidem. Datum
Si vicar(i)us sufficiens sit in locum mortui super(ior)is
exordendum erit ita v.g.

Cum ultimum obierit diem R.P.D.N. Prep(ositu)s sive Rect(or) in Coll(egi)o N. ne domus illa legitimo carens superiore aliquod subeat detrimentum tam in spiritualibus quam temporalibus rebus, plurimum de Pater(nitat)is tue.

Si faciendus erit causa renunciationis, ita

Quia R.P.D.N. a def(initorio) in Coll(egi)o N. celebrato in Prep(ositura) in Rect(oratu) electis sponte in manibus nostris Preposituram sive Rectoratum dicti Coll(egi)ii deposuit, nos qui iustis de causis ipsum cogimur eo regimine liberare ac proinde alium in illius locum perficere, qui temporalia simul ac spiritualia curet, ne Collegium illud ex defectu capitatis aliquid damnum patiatur in membris, neve nostrorum: in eo degentium regularis observantia relaxeti.

fg. 9 v.

Si vero eligendus, quia a def(initorio) nulla facta fuerit electio.

Cum Ad.RR.PP. def(initor)ii proxime celebrati in Coll(egio) NN. ad novam electionem Prep(osit)i sive Rect(or)is Coll(egii) NN. non devenerint, sed eam iustis de causis arbitrio nostro commiserint, Nos qui ex muneris nostri debito tenemur providere ne ulla ex nostris domibus diutius legitimo careat superiore, cuius deficientia plurima eaque gravissima plerumque oriuntur incommodu, multum de Pat(ernitat)is tue integre prud(enti)a.

Advertendum quod vicarii vocanti omnes superiores extra
def(inition)um electi, eoque nomine appellantur quousque eligantur et
confirmantur a proxime futuro def(inition)o.

fg. 10

Formulae Patentium pro superioribus in piis locis orphanorum

D, NN. R.PP. N.

Cum per secreta suffragia ad prescriptum Concilii Tridentini ac
Nostrarum Constit(ution)um a V. nostro defin(ition)o in Coll(egio)
NN. celebrato fueris electus in Rectorem pi loci noncupati NN. in
civitate N. nobisque satis superque constet de R(everende)
P(aternitatis) Tue doctrina, pietate ac solertia exercende
charitatis, que ad Dei gloriam proximorumque utilitatem orphanis
xenodochiorum alumnis impendi solet a Patribus nostre
Cong(regation)is ad imitandum humilitatis charitatisque exemplum
ven(erabil)is Dei servi Hieronymi Emiliani institutoris nostri, qui
primus in Italia se totum huiusmodi pietatis officii denoveri_prima
nostre Cong(regation)is fundamenta posuit suosque docuit sectatores,
ut pre ceteris omni studio et conatu in id unum incumberent; tenore
presentium et auctoritate qua fungimur te ut supra eligimus atque
electum declaramus prefate domus Rectorem cum facultate ea omnia
prestanti ut supra.

fg.11

Formula litterarum Patentium pro eligendo sup(erior)e ad aliud
triennium cum dispensatione Summi Pontificis

Cum Santissimus Dominus Dominus noster NN. ut ex rescripto supplicis libelli ad hoc exhibitii, dato die mense non obstantibus ordinationibus fel(icis) recor(dationis) Alex(andri) VII quibus vetitum est, ne quisquam ex nostris ultra triennium in eisdem domus regimine perseveret facultatem nobis fecerit Pat(ernitat)em tuam R(everen)dam elapso iam triennio in Coll(egio) nostro N. superioris munere functam ad tres adhuc futuros annos Rectorem vel Prep(osit)um illius denuo constituendi. Nos satis superque de tua prudentia integritate et zelo edocti, nec non de beneficiisisque insignibus, quibus idem collegium auxisti, R(everen)dam Pat(ernitat)em tuam antedicti Coll(eg)ii Rect(or)em vel Prep(osit)um usque ad novum Generali Capituli vigore presentium eligimus et electum declaramus volentes te omnibus gaudere privilegiis quibus iuxta prescriptum nostrarum Constitutionum ceteri superiores condecorari solent et tibi ab omnibus nostris subditis in eodem Coll(egi)o degentibus eandem exhiberi obedientiam et observantiam, quam nobis ripresentes hiemus <lettura dubbia> prestarent.

fg. 12

Formula litterarum Patentium

Pro commissario peculiarium domorum ad providendum in salutis ~~leitura~~

~~dubbia~~ casibus cum auctoritate

D. NN. R.P.N. salutem

Cum multa presepe in domibus nostris contingant que presentare indigent remedio, nec nos neque A.R.P. Provincialis ob locorum distantiam earundem necessitatibus, que par foret celeritate providere valeamus, cupientes maxime, ne ex nostre vel eius presentie defectu quidquam detrimenti patiantur Coll(egi)o nostro: que sunt NN. R(everend)am P(aternita)tem tuam cuius prudentiam et regularis discipline, zelum iam probe novimus, vigore presentium commissarium nostrum: in iisdem Collegiis constitutum atque constitutum declaramus omnem nostram facultatem in Te transferentes, quatenus de loco in locum cum se tulerit occasio ac necessitas nobis subditos commutare possis, queosque et omnia prestare, que nos ipsi, si presentes essemus, efficeremus nec non peragere quecumque ad eorum commodum et publicam nostre Congreg(at)ion(is) existimationem tuendam, augendamque in dicta civitate conducere in domino iudicabis.

Itaque omnibus nostre iurisdictioni subiectis in virtute Spiritus Sancti ac Sancte Obedientie precipimus ut R(everende) P(aternita)tti

tue in premissis eandem prebeant obedientiam ac reverentiam quam nobis exhiberent.

fg. 12v

Litere Patentes pro Commissario ad agendum cum aliquo et statuendas
conventiones pro acceptione nove domus.

Nos D. Prepositus Generalis Cong(regation)is de Somascha.

R. Patri D. salutem in Domino

Cum intellexerimus Ill(ustrissi)mo et Rev(erendissi)mo DD. N. episcopo N. animum esse aliquos nostre Congregationis Religiosos N. accersere ut clericorum in Seminario degentium curam et institutionem aggrediantur et deinceps exerceant. Nos, quibus de P(aternitat)is Tue Rev(eren)de prudentia, zelo, experientia et in promovendis ac deducendis negotiis dexteritate maxime constat, tenore presentium et muneris nostri auctoritate Commissarium et Procuratorem Te eligimus, ut cum prefato Ill(ustrissi)mo et Rev(erendissi)mo Episcopo N. agere possis easque conventiones statuere que nostris constitutionibus et privilegiis, religiose liberati et Cong(regation)is decori minime adversentur, Tibique idcirco omnem facultatem, que in huiusmodi re quocumque modo necessaria esse videbitur, impertimur cupimusque magnopere in Domino, ut quidquid egeris optime veritat. Volumus autem, ut antequam quidquam perficias et absolvas Nos per literas certiores facias, ut probare possimus quod magis eum Dei gloriam et

Cong(regation)is nostre commodum et decus conducere videbimus. In quorum fidem.

fg.13

Littere patentes pro Commissario ad recipienda nova loca

D. (et cetera)

Cum nostre Cong(regation)is summopere intersit cui graviora eiusdem negotia demandentur, nec non valde referat ad nostri instituti propagationum novorum Collegium acquisitio, Nos, quibus de R.P. Tue verum experientia et in promovendis ac deducendis negotiis dexteritate maxime constat, tenore presentium et vigore facultatum officio nostro consessarum Commissarium ac Procuratorem te eligimus ad eum videlicet effectum ut NN. Collegia ad prescriptum nostrarum constitutionum recipere ac fundare valeas ea prorsus auctoritate, qua nos ipsi in huiusmodi fundacione et receptione uti possemus. Volumus tamen ad hoc ut P(aterni)tas tua promptiores habeat in vineis quas domino paraverit operarios et antequam quidquam ex hiis perficiat et absolvat, nos per litteras certiores faciat, ut nos quoque agnoscamus et probemus quod magis ad Dei gloriam et Cong(regation)is nostre utilitatem et decus conducere videbimus. Datum.

Alia formula pro eodem

Quoniam futurum speramus si Deus nobis faverit S(umm)um D(omi)num nostrum D(omi)num N. Papam N. Nostre Cong(regation)i in urbe N.

concessurum monasterium Sanctissimum NN. ad effectum illud consequendi R(everendam) P(aternita)tem tuam super hoc specialem commissarium nostrum eligimus et deputamus, quatenus quantum opus fuerit et servatis servandis, obligare, vendere, alienare posit <cost> bona mobilia et immobilia, domos, census et alie quecumque ad Cong(regation)em nostram tam in eadem urbe, quam extra spectantia et que a nostris possidendi atque usufruenti, prout ferent onera et gravamina que pro dicta monasterii collatione imponenti. Ita ut alienatio, obligatio vel venditio dictorum bonorum non excedat quantitatem pecunie que necessario parande et solvende erit pro consecutione dicti monasterii et non aliter. Volumus autem ut nihil omnino perficias vel absolvas absque consilio et voto PP. vocalium Capituli Generalis in eadem urbe vel provincia commorantium; nosque antequam ultimam manum negotio imponas per litteras de omnibus certiores reddas, ut nos quoque que in Domino expediant agnoscamus, probemusque quod ad nostre Cong(regation)is utilitatem et decus magis conducere videbitur.

fg.14

Littere Patentes pro Commis(sari)o contra Apostatas

Cum NN. Professus nostre Cong(regation)is post arreptam fugam a Coll(egio) NN. sibi ab obedientia in habitationem destinato, iuridice citatus intra terminos constitutos non comparverit, atque adeo in

penas Apostatarum sibi communitas inciderit, cumque post absentiam anni, mensium in Coll(egi)o se presentaverit P.D.NN. nos claustralis discipline indemnitati consulere volentes et nostrorum punire crimina subditorum. Tenore presentium et auctoritate qua fungimur de P(aternitat)is Tue integritate ac prudentia confisi, commissarium Te nostrum eligimus et electum declaramus, cum larga, ampla et libera facultate inquirendi, constituendi, iuridice torquendi et procedendi in causa prefate apostolice usque ad sententiam definitivam inclusive. Volumus autem ut in prefato Coll(egi)o Tribunal possis erigere, actuarium assumere pro tuo arbitrato et quoscumque nostre iurisdictioni subiectos, etiam dato iuramento examinare. Et Dominus sit illuminatio tua. Datum

Littere Patentes contra eiciendos

Cum subsint iam dies, quibus terminati annus detentionis in carcere NN. cumque maxime Cong(regation)is intersit cognoscere ad vere mores suos emendaverit et patratorum excessum, super quibus iuridice condemnatus fuit, penitentiam et dolorem preseferat, ut possimus aliquid decernere utrum in Domino: expediat ipsum intra claustra retinere vel tanquam putridum membrum eycere. Tenore presentium et ea qua fungimur auctoritate R(everendam) P(aternitat)em Tuam Commissarium in hac parte constituimus atque constitutum et electum declaramus ad effectum videlicet processum formandi super emendatione morum et vite prefati NN. Volumus autem ut de his, que servata iuris forma repereris, nos continuo per litteram

certiorem reddas, ut ad ulteriore Dei bene faventis auxillio procedere
valeamus. Datum.

Cum NN. Professus nostre Cong(regation)is multoties solitus fuerit
delinquere postem profugus ab obedientia et citatus se presentaverit
P.NN. Nos (et cetera)

fg. 14v

Formule declarandi aliquem apostatam

Cum NN. nostre Cong(regation)is sacerdos, sive laicus Professus
nunquam comparverit, prout a nobis fuit legitime vocatus, expresseque
citatus die 22 Aprilis 1710 per monitoria affixa foribus Refectorii
Collegiorum N.N.N. atque omnia peremptoria illi assignata et concessa
ad comparendum effluxerint Christi nomine invocato dicimus,
sententiamus, definimus et declaramus atque promulgamus eundem P. NN.
Apostatam, incursumque in omnes censuras et penas a Sacris Canonibus
nec non a nostris Constit(utioni)bus contra Apostatas et contumaces
Sancte Obedientie statutas. Et ita (et cetera) et non solum hoc (et
cetera) se omni meliori modo. In quorum fidem.
Data, lata et affixa Refectorii valvis Coll(egi)ii NN.

fg.15

**Littere patentes contra electos non professos cum habitu nostro
vagantes**

Cum proximo mense N. laicus hospes, non professus nostre Cong(regation)is deputatus de familia in Coll(egio) NN. ab eo absque obedientia aufugerit atque in his regionibus ac diecesi N. visus fuerit incedere et vagari cum habitu regulari, tenore presentium et auctoritate qua fungimur P(aternitat)em Tuam R(everend)am in Commissarium et Procuratorem nostrum eligimus ad effectum comparendi coram quibuscumque iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus, ut inhibeant dicto NN. ne ulterius gerat habitum regularem, quo eum privamus et privatum declaramus et ut mere laicum et secularem foro seculari subycimus, vagantes prefatos dictos iudices tam ecc(lesiasti)cos quam seculares, ut in premissis de oportuno iuris remedio provideant, facultatem R.P. vestre impertinens ea omnia in hanc rem prestandi, que nos ipsi presentes agere possimus. In quorum fide(m).

fg.16

Littere patentes pro Commissario in causa vulneris et homicidii

D. (et cetera)

Cum ex litteris NN. fuerimus admoniti lethali vulnere trasfossus et exinde fuisse mortuum NN. nostrum Professum ac postea nobis constiterit NN. de dicto vulnere et homicidio suspectum esse et haberi; nos consulere volentes sive eiusdem ac totius Cong(regation)is existimationi ac indemnitati si innocens sive conscientie iustitie et exemplo si nocens, quod Deus avvertat extiterit, tenore presentium R(everend)am P(aternitat)em Tuam, de cuius prudentia, integritate ac regularis discipline, zelo multum confidimus, Commissarium ac Vicarium nostrum eligimus, omnem nostram facultatem tibi communicantes, ut ubicumque opus fuerit personaliter accedas, electoque ad arbitrium actuario de prefato delicto, et ex eo emergentibus processum informativum iuridice fabricare possis et valeas omnes nobis subiectos examinare et ad veritatem aperiendam iuramento, aliisque iuris remediis adigere, idemque cum externis prestare, obtenta prius ab eis ad quos spectat licentia ac denique alia omnia peragere, que tibi in rem presentem necessaria et oportuna videbuntur usque ad sententiam definitivam exclusive. Et Dominus sit illuminatio tua. In quorum fidem. Datum

fg. 16v

Formula sententie definitive

Christi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes et solum Deum pro

oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quam de iuris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa et causis que curam Nobis in prima, seu alia veriori verse fuerunt et vertuntur, instantia inter R.P.NN. Procuratorem Fiscalem ex una et NN. Deum conventum, inquisitum, processatum atque confessum de et super pluribus (et cetera) per ipsum qualificate patris in Coll(egi)o NN. Patribus ex altera. Viso processu <lettura dubbia> per NN. iudicem a nobis deputatum, visa confessione prefati NN., visis eius defensionibus, visisque videndis et consideratis considerandis, iuxta votum NN. consultoris criminalis, dicimus, decernimus, declaramus ac definitive sententiamus, supradictis NN. tanquam de premissis repertum culpabilem, ac de iure punibilem, condemnandum fore et esse in penam (et cetera), reservata tamen nobis facultate eandem penam minuendi vel commutandi, queres ipse melioris vite specimen exhibeat, prout per hanc nostram definitivam sententiam condemnamus et pro condemnato haberi volumus et mandamus et ita dicimus, decernimus, pronunciamus ac definitive sententiamus non solum (et cetera) se omni.

fg.17

In causa male administrationis bonorum alicuius Collegii

Cum ad aures nostras pervenerit certi que facti fuerimus Coll(egi)um nostrum multo ere alieno gravari ac in dies a quamp pluribus

creditoribus molestari idque factum incurria vel culpa P.N. iam eiusdem Colleg(ii) Prepositi vel Proc(urato)ris ne similis culpe impunitas aliis transeat in exemplum, indeque gravissima orantur nostris domibus incomodu et detrimentu; volentes super hoc iustitiam et iudicium facere, tenore presentium R(everend)am P(ater)nitat)em Tuam, de cuius prudentia et zelo erga nostram Cong(regation)em plurimum confidimus Commissarium et Vic(ari)um nostrum eligimus cum plenissima, que nobis competit, potestate vocandi in iudicium, constituendi dictum P.NN. eundemque cogendi omnibus legum ac iuris adhibitis remediis, quatenus opus sit, ad reddendam rationem, administrationis honorum dicti Coll(eg)ii; facultatem tibi impertientes super hoc processum informativum fabricandi usque ad sententiam definitivam inclusive. Volumus autem nos de omnibus que constabunt statim doceas, ut pro qualitate culpe, que in illo fuerit reperita plectatur et puniatur a nobis. Mandamus item omnibus nostris subditis ut in his tibi pareant ac nobis ipsis.

fg.18

Advertendum quod quando fit commissio pro inquisitione et processu conficiendo alicuius perpetrati criminis semper in principio faciundo et expressa mentio delicti de quo quis accusatus vel suspectus habetur e.g.

Si agatur de re turpi vel crimine pessimo exordiendum erit.

Cum publica voce et fama nobis constet ac per litteras multorum fide dignorum admoneamur NN. plures contra honestatem commissive excessus eosque gravissimos ac contra naturam turpissimos; nos volentes ut par est iudicium et iustitiam facere super his, ne tantorum impunitas delictorum, ceteris sit graviore perpetrandi irritamentum; tenore presentium R(everendam) P(aternitatem) Tuam.

Si agatur de furto v.g. dicatur in Principio

Cum ex relatione virorum omni exceptione maiorum acceperimus NN. furto abstulive a Coll(egi)o N. ne eiusmodi delictum impunitum remaneat volumus super illo fieri iuridice processum informativum, quamobrem tenore presentium.

Si de gravi percussione et iniuria, ita:

Cum nuper certiores fuerimus facti NN. gravi percussione ac iniuria affective NN. cupientes frenum ponere huiusmodi excessibus ac fraterne charitati religioseque modestie consulere R(everende) P(aternita)ti Tue tanquam commissario nostro ad hoc electo mandamus, ut processum informativum in dicte cause conficias.

fg.19

Littere Patentes pro Commiss(ari)o ab ipsis PP. invocato.

Cum inter NN. et PP. NN. nonnullae orae sint lites et controversie occasione, Nosque de oportuna iustitia semel atque iterum requirerint tam supra premissis, quam supra aliis capitibus per eos respective

producendis ac probandis; volentes iudicium et iustitiam facere, ut constat, uter eorum deliquerit ac pene dignus sit P(aternitat)em Tuam R(everend)am in hac causa nostrum eligimus commissarium Tibi omnem nostram communicantes facultatem ad effectum ut non solum nobis subjectos, extraneos, sed etiam servatis tamen servandis examinare possis ac valeas, electo ad proprium arbitrium actuario (et cetera) ut in aliis (et cetera) exceptis ante omnia legitimis informationibus eorundem.

fg. 20

Pro Commissario cum Litteris Apostolicis

Cum per Illustris et R(everendiss)imus D. NN. Vic(arius) Generalis episcopi civitatis N. et delegatus apostolicus in causa et causis NN. Professi nostre Cong(regation)is speciales litteras nobis dederit in episcopali Palatio eiusdem civitatis sub die N. mensis N. anni N. quibus delegationem sibi factam super dictis causa et causis in nostram notitiam deducit, nobisque intimat lectionem ac visionem litterarum apostolicarum sibi datarum, citando nos ad dicendum atque opponendum quidquid de iure possumus et ad examinandum in et super dictis litteris prout ex sacrorum Canonum et Apostolice Sedis iussionibus est necesse, mandantes ne quid innovemus pendente hac causa coram ipso. Nos qui gravissimis negotiis nostre Congreg(ation)is distinemur, nec semper vel longo tempore esse

possumus in eadem urbe R(everend)am P(aternitat)em Tuam tenore presentium Procuratorem nostrum eligimus ad comparandum ubicumque opus fuerit et videndum et dicendum et examinandum, excipiendum, protestandum prout iuris esse cognoverit in processu prefate cause delegate. Hinc nostram omnem in te transfundimus auctoritatem et facultatem et volumus te posse agere quidquid. Nos agere possemus si adessemus presentes. In quorum fidem.

fg. 20bis

Formula litterarum R(everendissimi)mi P. Generalis pro Confirmatione

Actor(um) Definitorii Provincialis.

Nos NN. Prep(osi)tus Generalis Congreg(ation)is Somasche

Cum ab Ad. Rev. Patre Prov(incia)li NN. vel electo Cancellario NN. Acta Definitorii Provincialis Provinciae NN. in Collegio N. die ... Maii 1753 celebrati ad Nos missa fuerint, ut, quoniam presentie et vocis nostre confirmationem obtinere non potuerunt, subscriptione nostra saltem (nisi quidquam forte obstiterit) roborentur et approbentur. Nos idcirco, diligenti prius eorumdem lectione et consideratione una cum Patribus Assistantibus nostris adhibita, cum nihil in eis occurrerit, quod non prudenter et pro maiori Provinciae bono sancitum esse videatur; hinc de consensu eorumdem Patrum Assistantium nostrorum, harum serie et muneris nostri, nec non

Constitutionis SS. D. N. Benedicti Pape XIV que incipit "exponi Nobis nuper fecit" sub datum 19 Augusti 1741 auctoritate predicta Acta approbamus et confirmamus atque approbata et confirmata ab omnibus haberi volumus. In horum autem fidem.

Dat(um) Mediolani in Collegio nostro S(anct)e M(arie) Secrete.

D. NN. a Secretis

fg.21

**Pro Commissario ad prosequendam causam alicuius criminis nundum
finitam.**

Cum R.P. auctoritate illi a nobis delegata ceperit informativum processum contra NN. nostre Cong(regation)is Professum suspectum et accusatum de NN. nec illum aliis detentus curis perficere possit. Nos tenore presentium omnes actus, ex iuris et nostrarum cons(iliar)um prescripto habitos hactenus in dicta causa confirmantes integritati R(everend)e P(aternitat)i Tue committimus, uti in hac parte nostri commissarii ac Vic(ar)ii prosecutionem prefati processus et mandamus, ut adhibitis legum remediis judicialibus cites, examines, et et(iam) in carcerem detrudas nostros subditos si fuerit opus et iam invocato brachio externi fori ad complices atque circumstantias deducti criminis aperiendum ac contra reum ac reos ad sententiam usque definitivam inclusive procedendum, cuius tamen sententie examen nobis reservamus, antequam illam pronuncies, ut ipsam augere aut diminueri valeamus, prout auctore Deo equum esse iudicabimus. Ad que omnia

prestanda plenissimam nostram auctoritatem in te transferimus atque omnibus nostris subditis mandamus ut tibi ac nobis ipsis pareant. In quorum fidem. Datum.

fg 21v

Alia

Cum de auctoritate nostra, iuxta rescriptum Sanctissimi cuidam nostro supplicii libello: ut procedatur prout iustitia postulat ad tenorem canoniarum Ordinationum et nostre Cong(regation)is Constitutionum super itinere NN. Sacerdotis nostri professi quo primum Viam Austrie, deinde Hagam comitis usque profectus est, nulla obtenta vel expectata S(acri) Inquisitionibus facultate et super inobedientia precepto nostro S(anc)te obedientie Colonie Agrippine recepto. In Coll(egi)o nostro Sanctissimorum Nicolai et Blasii de urbe fuerit inchoatus et processatus processus informativus; ad effectum perficiendi eundem processum tenore presentium et auctoritate qua fungimur deputamus et delegamus Te NN. Prep(ositum) ad eundem NN. constituendum et examinandum, adhibito aliquo viro in hac materia perito, ut Tibi in hac parte prestet auxilium, quibus perfectis que canonice et iuridice collecta fuerint et rescripta a cancellario nostro NN. ad eundem finem huc misu ad nos remittes. Interim tibi ad hoc omnem nostram communicamus auctoritatem, multum de tua fidelitate et capacitate confidentes. In quorum fidem.

fg.22

Procura ad aliquod negotium peragendum cum facultate Capituli
Generalis vel Defin(itor)ii

Cum a PP. nostri Capituli Generalis vel Def(initor)ii proxime celebrati in Coll(egio) NN. R(everend)e P(ater)nitat)ii Tue specialis facultas fuerit demandata obtinendi ab his ad quos spectat. Nos prefato decreto inherentes omnem nostram auctoritatem, quatenus opus sit, Tibi communicamus ad effectum agendi, concludendi cumque pactis et condicionibus quibus necesse esse iudicaveris, preterea obligandi in executionem eorum, que pactus fueris omnes personas et omnia bona nostre Cong(regation)is et presertim Coll(eg)ii NN., denique et omnia prestandi, que nos ipsi in hac parte facere possemus, supposito, salvo, reservato tamen beneplacito Sedis Apostolice aliisque omnibus servatis de iure servandis. In quorum fidem.

Nota quod si procura fiet sola auctoritate Prep(osit)ii Generalis omissis primis verbis dicetur. Cum obtinendum sit a NN. et res speciali indigeat proc(urato)re qui nostro nomine illam agat. Tenore presentium te nostrum eligimus Proc(urato)rem in te omnem nostram auctoritatem transferentes ad effectum.

Nota item quod in principio semper facienda est mentio negotii ad quod peragendum datur Procura, que ad arbitrium, vel pro rei exigentia erit amplior vel restrictior.

fg. 22v

*Altra formola italiana di Procura a trattare ed assistere a qualche
causa.*

Noi NN.

In virtù della presente, da valere ecc. costituiamo a nome della nostra Congregazione il P.D.NN., Sacerdote nostro Professio, speciale Procuratore a potere revocare e rinunciare a tutti gli Atti fatti dal Sig. Ill.mo Procuratore di detta nostra Congregazione nella Causa introdotta a nome della medesima per ecc.; come anche ad introdurre nuovo giudizio per la detta Causa avanti quel Giudice, che più gli parerà e piacerà; e quello proseguire tanto in prima, quanto in seconda, ed in ogni altra istanza; dandogli a questo effetto tutte le facultà necessarie ed opportune; come anche di sostituire per l'effetto sodetto quella persona, che più gli parerà e piacerà; rinvocando in vigore della Presente qualunque altra Procura. In fede di che abbiamo sottoscritta la Presente, e segnata col nostro sigillo.
Dato.

fg. 23

Facultas administrandi bona propinquorum

Cum NN. ultimum diem obierit relicta post se filiis minoribus,
cumque nobis porrecte fuerint per NN. nostrum professum defuncti

fratrem consobrinum (et cetera) supplices littere quibus exposuit nullum magis propinquum dictorum minorum, quam ipsum inveniri vel consocium rerum domesticarum, qui illorum curam bonorumque administrationem subeat. Nos attentis premissis, auctoritate qua fungimur, tenore presentium, facultatem concedimus et impartimur prefato P. NN. assumendi curam filiorum et bonorum (et cetera). Volentes quantum in nobis est, ut harum virtute comparere possit in iudicio et extra atque in ipsorum causis omnes actus habere, quos iuridice administratores bonorum habere possunt, ea tamen omnino servata lege, ut cum fuerit in locis in quibus extant nostra Coll(egi)a intra claustra se recipiat et cum socio nostri habitus semper incedat.

Nota quod si alia fuerit causa quam mortis assumendi administrationem bonorum (et cetera), exprimenda erit in principio v.g. si erit adverse valetudinis lungioris absentie a propria domo.

fg.23v

Brevior alia formula facultatis administrandi bona propinquorum

Cum per Patrem D. NN. sacerdotem nostrum Professum nobis expositum fuerit NN. (et cetera), ope Administratoris indigere, nullumque magis ipsius propinquum inveniri, qui rerum domesticarum bonorumque eiusdem curam et administrationem subeat; Nos attentis premissis, tenore presentium et auctoritate qua fungimur facultatem facimus et

impertimur prefato Patri D.NN. assumendi et exercendi
 administrationem predictam; ea tamen lege omnino servata, ut cum
 fuerit in locis in quibus extant nostra Collegia, nostu <cosi> saltem
 intra claustra se recipiat. In quorum fidem. Datum.

fg.24

Facultas assistendi propriis Parentibus

Cum iubente domino ipsaque nature lege Parentum necessitatibus
 subvenire teneamur, ita ut munus Deo destinatum, omnium supremo
 Parenti, quo alioquin liberi genitores in egestate positos innare
 possunt, ipse renuat, potiusque habeat et acceptabilius, si illorum
 sublevandi indigentie impendatur. Nos qui certo scimus Te Patrem,
 matremque habere omni fortuna ac auxillio destitutos ut sibi ad vitam
 cum ea, que ipsorum conditionem decet honestate sustendanda, subsidia
 comparare nequeant necessaria. Tenore presentium et auctoritate qua
 fungimur facultatem tibi facimus, ut illorum domum adire possis,
 atque in ea permanere quatenus tua opera et industria utantur ad
 proprie indigentie providendum. Volumus autem ut semper cum regulari
 habitu nostro incedatur ac singulis mensibus te sussione Coll(eg)ii
 nostri NN. presentes nec non cessante predicta illorum necessitate
 temet iterum ad nostra recipias claustra. In quorum fidem. Datum

fg.24v

Electio Magistri Novitiorum cum nulla a definitorio facta sit.

Cum Sacra Congregatio super Regularem disciplinam, ut ex rescripto Supplicis Libelli ad hoc exhibiti, dato sub die Mensis Anni NN. laico nostro hospiti in Coll(egi)o NN. de familia commemoranti; facultatem ibidem Probationis annum perficiendi fecerit, cumque definitorium proxime N. celebratum Magistrum nullum ad id muneris elegerit. Proinde Nos, qui privilegis a Sanctissimo Domino nostro Urbano Papa VIII concessis uti volumus; plurimum de tua dexteritate, prudentia et morum integritate confidentes, tenore presentium et auctoritate qua fungimur, Te in Magistrum Novitiorum eligimus cum facultate a nostris Constitutionibus Tibi attributa. Servatis tamen que in hac re servari debent. In quorum.

fg.25

Facultas recipiendi novitios ad habitum

Cum ex tuis litteris etiam iureiurando firmatis, nec non aliorum PP. quibus id muneris commissimus, acceperimus NN. diligentissime) examine) examinatum, idoneum repertum, qui ad nostrum clericalem habitum admitti possit, nihilque in eo desiderari eorum, que a nostris Constit(utioni)bus cap. de recipiendis novitiis requirantur. Tenore presentium et auctoritate qua fungimur, Tibi tanquam Vic(ari)o nostro ad hoc specialiter deputato facultatem impertimur eundem, posteaquam admissus fuerit a Capitulo Collegiali NN. vestiendi nostro clericali

habitu et solito probationi signo imitandi, servatis tamen, que in
 huiusmodi rebus a iure maiorumque decretis ac nostrarum
 Constit(ution)um sancita sunt. In quorum fidem.

Si fuerit laicus recipiendus dicatur

Cum nobis constet NN. nostrum laicum hospitem inter nos plures menses
 vel annos religiosus moribus conversatum seque per id temporis in
 omnibus sedulum prebuisse ministrum illumque habere omnia que a
 nostris prescribuntur constitutionibus.

fg. 25v

Per esaminare quelli che si debbon ricevere

In virtù della presente ordiniamo alli PP. NN. che debbono esaminare
 il P(rofesso) NN. che desidera vestire il nostro abito, si nello
 studio come intorno alla sua vocazione religiosa e che ciò fatto
 debbano mandare a noi gl'attestati segreti, separati e giurati
 dell'esame fatto tanto circa lo studio, come la vocazione in
 conformità de nostri decreti e sacre costituzioni. In fede.

Formola per ammetter alla Professione

In virtù della presente concediamo licenza al R.P.D.NN. Preposto nel
 Collegio NN. di proporre a quel suo Capitolo Collegiale per la
 Professione il Laico Novizio NN. avendo già terminato l'anno del suo

Noviziato e quando resti approvato, deputiamo il medesimo P. Ill. N. Preposito come nostro Vicario specialmente delegato a dargli la laicale Professione, incaricandogli nella esecuzione di ciò la osservanza delle Nostre Costituzioni e de Sacri Riti; ed a tenore de' Decreti del Venerabile Definitorii <cosi>, mandare al nostro Archivio di Pavia la carta della Professione in forma autentica. In fede.

fg. 26

Facultas pro admittendis ad Professionem

Certores facti quod NN. clericus vel laicus noster novitius degens in Coll(egi)o NN. annum probationis explevit atque ab eiusdem Coll(eg)ii P(atribus vocalibus fuit admissus. Tenore presentium et auctoritate qua fungimur R(everende) P(aternitati) Tue facultatem concedimus ut tanquam vicarius noster ad hoc specialiter deputatus eundem ad professionem recipere possis, servatis tamen omnibus, que de novitiis ad professionem admittendis a sacris canonibus et nostris Constit(utioni)bus sancita sunt. In quorum fidem,

Alia formula brevior

Tenore presentium et auctoritate qua fungimur tibi concedimus tanquam vic(ari)o nostro ad hoc specialiter deputato, ut ad professionem recipere possis ac valeas NN. novitium nostrum, prius tamen a Capitulo Collegiali NN. admissum, servetis servandis.

*Nota quod nullus deputari possit ad dandum habitum vel professionem, nisi sit superior Vicarius Generalis Prep(ositus) Provincialis vel Procurator Generalis.

* suprascripta nota, quo ad dandum habitum, falsa est ex Constit(utionibus) lib.1 cap.9 n.10.

fg. 26v

Altra formula

Noi N. Prep(osito) Generale della Cong(regazion)e Somasca

In virtù della presente concediamo licenza al R.P. D. N. Preposito del Collegio nostro NN. di proporre a quel suo Capitolo Collegiale per la professione il chierico novizio N. purchè abbia terminato l'anno del suo noviziato, e quando resti approvato deputiamo il P.D.N. come nostro Vicario specialmente delegato a dargli la suddetta clerical Professione, incaricandogli nel esecuzione di ciò l'Osservanza delle nostre Costituzioni e sacri riti. In fede.
Da tenore del Decreto fatto in quest'ultimo Definitorio 1748 mandare al nostro Archivio di S. l.....] di Pavia la causa della professione in forma necessaria.

fg.27

Facultas locandi bona in perpetuum

Nos D. NN. Rev. P. N. Prep(osit)o ceterisque Patribus Coll(eg)ii NN. salutem.

Ex litteris vestris datis die mensis anni accepimus Collegium vestrum possidere perticas seu petias terre prope NN. Diocesis N. ad fluvium que per estimationem factam a peritis huius actis non transcendunt valorem 25 scutorum aureorum et que nullum fere proventum reddunt imo ob frequentem proximi flumini alluvionem paulatim consumuntur ac propterea vos petere facultatem illas locandi a fictu perpetuo plus offerenti, dummodo conductor formiter promittat instantem ruinam diote terre modis congruis impedire eamque annuatim colere et reddere feraciorum.

Nos petitionibus vestris ut par est annuere volentes, auctoritate qua fungimur et vigore communicationis privilegiorum mendicantium; harum virtute litterarum facultatem vobis concedimus perpetuo locandi prefatas perticas seu petias terre, pactis et conditionibus supra expositis cum ex relatis constet dietam locationem cedere in manifestam Coll(eg)ii utilitatem. Servatis tamen omnibus que servari debent ad formam nostrarum Constit(utionum) et mandat(um) Sedis Apostolice. In quorum fidem. Datum.

fg.27

**Facultas configiendi ad Sacram Congregationem cause denunciandi
in aliam Provinciam**

Nos NN.

Ad. RR.NN.

Cum a [..]perrime habito NN. Venerabili Definitorio enixe postulaveris [.....] quamvis Congregationis nostre in Provinciam romanam [.....] dederis a [.....] facultas esset configiendi ad Sacram Congregationem Em.mi et Rev.mi N. E. Cardinalium [.....] Episcoporum et Regularium prepositum pro facultate impetrandi ad Provinciam romanam transeundi, teque [.....] sive Congregationem arbitrio [.....] remisit. Nos precibus tuis [.....] auctoritate nobis concessa, te eidem Provincie assignamus atque participum declaramus [.....] quibus pro iudice ii qui in[.....] Provincie [.....]. In quorum fidem.

fg.28

Facultas acceptandi obligationem missarum

D. NN. R.P.N. Prep(osit)o et PP. ceteris Coll(eg)ii NN. Salutem.

Cum litteris vestris ad nos missis datisque dies , mensis
 anni retuleritis D. NN. in suo testamento legasse huic Collegio
 sinte seu libra monete cum obligatione celebrandi missam
 vel missas in perpetuum. Cumque nobis legitime constet hanc
 nostram ecclesiam tot missarum oneribus non gravari quin sacerdotes
 in ea degere soliti novo huic oneri satisfacere possint. Tenore
 presentium facultatem concedimus vobis supplicantibus acceptandi
 prefatum onus dummodo predictum capitale implicetur in proprietate
 frugifera et idonea ad reddendum quantum opus est pro sustendendo
 huiusmodi onere iuxta morem civitatis et servetur omnino Bulla Urbani
 VIII de celebra(t)ione missarum.

Forma brevior apponenda supplicii libello

Cum simus edocti Coll(egium) NN. non esse ita gravatum antiquis
 missarum perpetuarum oneribus, quin et huic satisfacere valeat,
 concedimus petitam licentiam dummodo capitale simplicetur ad normam
 bulle Urbani VIII de celeb(ration)e missarum.

fg. 28

Alia

Cum P(aternitas) vestra R(everen)da nobis retulerit Dominum NN. in
 ultimo suo testamento disposuisse a suis heredibus implicandum fore
 capitale librarum (et cetera) ad hoc ut fructus inde percipiendi
 inserviant mantentioni misse quotidiane, quam precipit celebrari ad
 altare N. in ecclesiam nostram N. ab aliquo ex nostris sacerdotibus

in eodem Coll(eg)io degentibus. Cumque nobis legitime constet sacerdotes nostros eiusdem Coll(eg)ii tam novo oneri suscipiendo quam antiquis iam susceptis satisfacere posse. Tenore presentium facultatem P(ater)nitati) vestre concedimus, accedente tamen consensu vestri Capituli Collegialis acceptandi prefatum onus, dummodo redditus relictis omnino respondeant oneri adiuncto secundum morem civitatis et servetur omnino bulla Inn(ocentii) XII de celeb(ration)e missarum.

fg. 28 bis

Alia sententia que dubiam socii electionem confirmat

Cum Patres N.N.N.N. sacerdotes nostri Professi qui in Collegium N. die 25 octubris an. ad prescriptam socii electionem convenerant Capitulum vix ingressi suffragium ferre recusaverint, et, interposita protestatione de nullitate, e Comitio egressi fuerunt, aliis novem PP. electoribus remanentibus, qui unanimes, omnibusque votis ad electionem R.P.N. consenserunt atque interim predicti Patres ad Nos per literas accesserint transmissis etiam authentico protestationis exemplari, ut do validitate illius Capituli et electionis sententiam feramus. Nos idcirco diligenti prius supplicis libelli illorum PP. eorumque protestationis lectione et consideratione una cum Ad. RR.PP. Assistantibus nostris adhibita, cum nihil in iis animadverterimus, quod predicte electioni officere possit, que ceteroquin, ipsis etiam

in Capitulo existentibus et adversantibus, effectum suum sortiiri potuisset, quandoquidem ad essentiam et valorem huius electionis necesse non est electum nominari a duabus partibus totius Capituli, sed sufficit eum nominari a maiori parte supra medietatem. Quamobrem habito super hac re eorundem Ad. RR.PP. Assistantium nostrorum consilio eademque illa auctoritate Nobis a Constit(utionibus) nostris cap. 3 lib.1 attributa, quibus decernitur in dubiis circa electionem socii Prep(osi)tum Generalem cum PP. Consiliariis seu Assistantibus pro sua prudentia decernere debere, declaramus et sententiamus nullam et irritam esse interpositam protestationem; electionem vero validam omnino fuisse et in suo robore permansuram. Precipimus itaque in virtute Spiritus Sancti Universis et Singulis, ut omnino acquiescant eademque electionem firmam et ratam habeant. In fidem.

fg.29

Facultas adeundi hereditatem

Cum q(uoda)m Dominus NN. in ultimo suo testamento disposerit ut defunctis eius utore N., nec non D.N. eius fratre usufructuariis institutis dum inter vivos agerent, omnia eius bona pervenirent in Collegium NN. nostre Congregationis onere tamen celebrandi tot quotidianas missas ad ratam scutorum bis mille capituli per singulas missas prout latius in dicto testamento, ad quod (et cetera).

Propterea cum vita defunctis dictis usufructuariis contigerit predictam piam voluntatem executioni mandari facultatem urbis concedimus harum serie litterarum, in quantum ad nos attinet prefatam adeundi hereditatem omnesque actus possessorios in ea faciendi, ad formam iuris sive per vos ipsos sive per Procuratorem pro arbitrio vestro ad hoc constituendum nec non acceptandi predicta onere missarum ad normam dicti testamenti. Servatis tamen omnibus ii, que in bulla de celebrat(ione) miss(arum) a Sanctissimo Papa felic(is) recordat(ionis) Urbano VIII sancita fuere. In quorum fidem. Datum.

fg.30

Facultas transeundi ad laxiorem religionem

Supplex libellus, quem nobis humiliter exhibuisti continebat plures, easque non leves causas, quibus inter nos diutius commorari prohiberis et precipue ea detineri adversa valetudine, ut non facile nostras constitutiones, nostraque vivendi ratione observare valeas. Ideoque a nobis suppliciter petebas, ut tibi facultatem impertiremur transeundi ad laxiorem Religionem et ordinem, in qua vel in quo a quamplurimis gravaminibus tuam corporalem salutem ledet tibi, que nostrum institutum profitentes incumbant, liberum te fore speras. Nos igitur huiusmodi tuis precibus inclinatti, ut quas rationabili fundamento niti ac pro veritate exponi novimus levamini et quieti tam tui supplicantis quam nostre Cong(regation)is consulere cupientes

Tibi, quantum in nobis est, potestatem facimus transeundi ad aliam Relig(ion)em laxiorem, cum assensu tamen et non aliter R(everendi) Domini nostri Pape N. ad quem effectum fidem facimus et attestamur Te, quamdiu inter nos commemoratus es honesti ac religiose vixisse (et cetera). Ad prescriptum nostrarum Constit(ution)um (et cetera). In quorum fidem. Datum.

Nota si alia suberit causa, quam valetudinis, scias eandem omnino exprimendam.

fg. 31

Facultas transeundi ad strictiorem

Facultatem, quam per litteras iterum petis a nobis transeundi ab hac nostra Somaschensi Congregatione ad V. PP. NN. Relig(ion)em sicut non laudare non possumus, ubi ex animi constantia solidoque maioris perfectionis desiderio proficiscetur, ita nec negare, sed quia non iiscimus, ut nobis datam arogemus discretionem spiritum, quam ex Apostulo Spiritus Sancti operatur dividens singulis prout vult, tenore presentium et ea qua fungimur auctoritate petitam ut supra facultatem tibi concedimus, unum illud cum Ioanne Apostulo monentes. Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex Deo sunt. Igitur Spiritus Sancti gratia illuminet sensum et cor tuum ut quod e maiori eius gloria, tuoque spirituali profectu futurum sit discernas, eligas et perficias. Ubi autem presenti licentia uti volueris et

benevolos inveneris acceptores R.P. Prep(osit)o Provinciali NN.
 eamque, teque exhibeas eius benedictionem impetraturus, nec non a
 Coll(eg)iis nostris ad PP. monasterium recto tramite te conferas, ut
 evagandi precludatur occasio. Datum.

fg.32

Facultas scribendi super casibus conscientie

Quia non semel contingit R(everendam) P(aternitatem) Tuam super rebus
 Theologicis a multis postulari, et quia Cons(titution)es nostre
 unicuique prohibent in huiusmodi materiis propriam sententiam
 scriptis offerre, nisi prius a nobis facultatem impetraverint. Nos
 quibus de tua Prudentia et in utraque Theologia intima peritia
 plenissime constat, tenore presentium et auctoritate qua fungimur
 licentiam R.P. Tue impertimur responsa et consilia pro data
 occasione, quandocumque libuerit scribendi et evulgandi. In quorum
 fidem.

Facultas aperiendi litteras Saacre Penitentiarie

Cum nobis de tua doctrina, prudentia ac morum integritate constet,
 ideo tenore presentium, et qua fungimur ex apostolicis privilegiis
 auctoritate facultatem tibi ad audiendas confessiones iam debite
 exposito, largimur ut litteras Saacre Penitentiarie magistris in
 Theologia vel in iure canonico doctoribus destinatas aperire possis
 ac valeas. Item tibi concedimus facultatem dispensandi cum

secularibus coniugatis super impedimento petendi debitum, orto ex incestu cum affine, solum tamen in sacramento confessionis et in nostris domibus vel collegiis. In quorum fidem. Datum.

fg. 32v

Facultas absolvendi a iuramento

Cum per litteras Em(inentissimi)mi ac R(everendissimi)mi D. Card(inalis) N. Summi Penitentiarii datas Rome apud Sanctum Petrum, quas presentari nobis fecisti nobis concedatur facultas absolvendi te a iuramento facto, cum professus es nostram Regulam, perservandi et permanendi in Provincia Romana, ideo tenore earundem litterarum et ex Apostolice Sedis indulto auctoritate nobis impartita a prefato iuramento te absolvimus tecumque de futuro in utroque foro dispensamus, et inter Religiosos nostros Provincie Venete aggregamus et incorporamus ac gravibus officiis privilegiis et prerogativis quibus alii religiosi provincie Venete gaudent et fruuntur gaudere et frui, sine tamen preiudicio antianitatis eorundem religiosorum licite valeas ut fusius <cost> in Brevis, benigne concedimus. In quorum fidem.

fg.33

Facultas se presentandi ad confessiones

Vigore presentium et ea qua fungimur auctoritate facultate concedimus P(aternita)tti Tue cuius doctrine sufficientiam et morum probitatem novimus ut prius obtenta licentia a R(everendo) P(atre) superiore, sub cuius obedientia immediate degis, Te presentare possis examini confessionum sacramentalium et approbatus ab Ill.mo et R.mo Ordinario easdem ab utriusque sexus personis tam in ecclesiis nostris quam domibus excipere valeas. In quorum fidem. Datum

Facultas exercendi animarum curam

Cum propter absentiam vel obitum (et cetera) P. NN. sacerdotis Professi nostre Cong(regation)is onus parochiale ecclesie Coll(eg)ii nostri NN. Religioso salutis animarum ferventi et charitatis pietatisque operibus dedito committi debeat. Nos quibus P(aternitatis) tue probitas morumque integritas ceteraque dotes ad id munus facientes minime latent, tenore harum litterarum Te Parochum prefate ecclesie deputamus et constituimus. Ita tamen ut munus hoc non subeas, nisi servatis servandis. In quorum fidem. Datum.

fg.33v.

Alia ad confessiones et animarum curam

Ill.me et R.me Domine

Presento dominationi vestre Ill.me et R.me D.N. Sacerdotem nostre
 Congreg(ation)is Professum probitate, moribus et doctrina excultum
 quatenus d(omina)tio vestra Ill.ma et R.ma dignetur eummittere ad
 excipiendas Christi fidelium confessiones et ad curam animarum
 exercendam ad que munia obeunda in nostro Definitorio N. proxime
 celebrato facultatem habuit. Ego autem supplex ab Ill.ma et R.ma
 d(omina)tione vestra Sancte benedictionis opem efflagito. Venetiis ex
 Collegio N. die..... 1710.

Ill.me et R.me d(omina)tionis vestre

Humillimus Obstricissimus devotissimus servus

fg.34

Facultas legendi libros prohibitos

Harum serie litterarum tibi humaniores litteras profitenti facultatem
 ad christianam devotionem tuam impartimur legendi libros contentos in
 Catalogo librorum prohibitorum, iuxta facultatem nostro muneri
 concessam a Sacra iudicis Cong(regation)e per decretum ab eadem
 emanatum anno 1633 die X Martii iis tamen conditionibus, que in dicta
 facultate exprimuntur et non aliter. In quorum fidem.

Datum

Alia Formula

Quoniam non ignoramus P(aternitatem) Tuam solo virtutis et eruditionis comparande amore, sciendique studio dictam expetere tibi dari licentiam perlegendi libros quosdam aliquin prohibitos auctoritate nostro officio impartita a Sacra iudicis Cong(regation)e ut in decreto eiusdem sub die X Martii 1633. Tenore presentium tibi, de cuius prudentia ac religiosa integritate plurimum confidimus potestatem facimus ad supradictum finem retinendi et legendi eos libros prohibitos, quorum lectionem nostris subditis possumus permittere.

In quorum fidem, Datum.

fg.35

Facultas edendi in lucem libros

Cum opus inscriptum a R.P.D. NN. nostre Cong(regation)is Sacerdote Professo compositum duo eiusdem Cong(regation)is Theologie, quibus illius examen commissimus recognoverint et in lucem edi posse probaverint. Tenore presentium facultatem concedimus, ut typis mandatut; si iis, ad quos spectat videbitur ac servatis servandis. In cuius rei fidem has litteras dedimus ac nostro sigillo munivimus. In Coll(egi)o nostro N. die anni...

Altra forma per libri volgari

Poichè siamo assicurati da due Padri nostri Teologi, a' quali abbiamo dati gl'ordini di vedere et esaminare il libro intitolato opere del P. N. Sacerdote Professo della nostra Congregazione, che in esso non si contiene cosa alcuna contro la fede, buoni costumi e Sacri Canonî, in virtù della presente concediamo licenza al detto Padre di poterlo dare alle stampe, osservando però tutto ciò che in simili cose deve osservarsi. Et in fede.

fg. 36

Suspensio ab impressione alicuius libri cum precepto

Cum certiores facti fuerimus a viris fide dignis in libro cuius est titulus composito a Te nonnulla inveniri, que prudenter permitti requeunt, ut in lucem edantur. Hac de causa aliisque animum nostrum moventibus in virtute Sancte Obedientie tibi precipimus, ut statim ac tibi hoc nostrum preceptum innotuerit, abstineas ab impressione prefati libri, omniaque exemplaria huc usque impressa superiori, sub cuius obedientia degis consignare debeas, donec corrigantur, vel supprimentur si ita nobis visum fuerit. In quorum fidem.

fg. 37

Licentia petendi aliquem locum

Presentium vigore impertimur licentiam P.D.N. degenti de obedientia in Coll(egi)o nostro N. ut se transferre possit ad aliam urbem invitendi causa illius sacra loca. Eidemque facultatem facimus, ut in ea per tres menses commorari possit, quibus transactis iterum ad domum sibi ab obedientia destinatam reverti volumus. Qua propter illum evixe commendamus charitati RR.PP. superiorum nostrum: domuum per quas transire vel in quibus hospitari opus habebit. In quorum fidem.

Nota quod exprimendus erit locus ad quem pergit et titulus ob quem ad illum se confert et tempus ibidem commorandi concedetur vel strictius vel longius attentata conditione persone et cause ob quam iter aggreditur.

fg. 38

Obedienza da portarsi da un luogo all'altro

Si parte dal Collegio di N. con nostra obediienza il P.D.N. Sacerdote Professo della nostra Congregazione per andarsene alla città N. nel Collegio N. dove da noi o dal vostro definitorio è stato deputato di stanza. Però l'accompagnamo con le presenti, raccomandandolo a RR.PP.

superiori delle nostre case per le quali passerà, acciòchè li diano il religioso ospizio e li usino la solita carità dell'albergo. Et in fede

Nota che a' Fratelli laici se non fosse alcuno di grave età e particolar merito si lascia il paragrafo "Però (et cetera)" soggiungendo invece "Pertanto lo accompagniamo colla nostra Benedizione".

fg. 39

Formula di un Precetto di Obedienza

Per degni rispetti e giuste cause a noi note, con precetto formale in virtù di Santa Obedienza comandiamo noi infrascritti a voi D.NN. sacerdote professore della nostra Congregazione, che subito dopo l'intimazione di questo nostro precetto, dobbiate ritirarvi in camera e non trattare con alcuno, ne parlando, ne scrivendo senza licenza del vostro superiore, et ivi stare sino a nuovo nostro ordine, sotto pena di essere castigato come contumace di obediènza et altre a noi arbitrarie. In fede. Dato.

Precetto in forma di scomunica

In virtù della presente comandiamo in virtù di Santa Obedienza e di scomunica late sententie a noi riservata a voi D.N. sacerdote

Professo della nostra Congregazione, che dobbiate essere partito dal Collegio di N. ove di presente vi trovate et andare a dirittura alla casa nostra di N. ove vi deputiamo di stanza e questo in termine di tre giorni da incominciare dall'intimazione di questo nostro precetto, assegnandovi il primo per il primo termine, il 2.o per l'altro et il 3.o per l'ultimo termine perentorio. In fede di che.

fg. 39v

Altra formola di Precetto d'Ubbidienza

Avendo Ella P.D.NN. Sacerdote Professo della nostra Congregazione ripugnato alle determinazioni del Venerabile nostro Definitorio per le quali veniva destinato di Famiglia nel Collegio nostro NN. ed in seguito resosi contumace alle paterne ammonizioni del M.R.P. Provinciale N. ed alla nostra Ubbidienza che il voleva restituito alla sua Provincia N. Per tanto dovendo Noi conservare la libertà della Religione a Noi commessa e Nostra da quei pregiudici, che le venghan fatti per questa sua contumacia; In virtù dello Spirito Santo e con precetto formale di Santa Ubbidienza comandiamo a Lei P.D.NN. che in termine di giorni da incominciare al ricevere di questa nostra Ordinazone, debba aver eseguita la nostra mente; volendo che fra quel tempo assegnato sia partita di N. verso il Collegio nostro di NN., dove l'abbiam destinata di Famiglia sin tanto che da quel suo M.R.P. Provinciale le venga altra stanza assegnata, e questo sotto le

pene prescritte ai Contumaci dalle nostre Sante Costituzioni ed altre ancora ad arbitrio nostro. In fede di che.
Data nel Collegio nostro.

fg.40

Prohibitio extrahendi libros a Bibliotecis

Precipimus in virtute Spiritus Sancti et Sancte Obedientie omnibus et singulis nostris subditis residentibus in Coll(egi)o N. ne quis auferre vel alio apportare audeat librum vel libros cuiuscumque generis bibliothecae illius sub pena excommunicationis late sententiae ipso facto incurrende a transgressoribus huiusce nostri precepti, cuius absolutionem nobis reservamus. Datum.

Alia amplior

Cum inter decora quibus regularium Coll(egi)um maxime illustrantur, post Sacram supplectilem primam sibi vendicent Bibliothecae verae ingessorum Fabula et religiose familiae oblectamenta, ut Bibliotheca Coll(egi)ii N. qua par est custodia imposterum conservetur vigore presentium in virtute Spiritus Sancti et Sancte Obedientiae omnibus et singulis nostrae iurisdictioni subiectis precipimus, ne quis sine licentia R.P. Prepositi eiusdem Coll(egi)ii in scriptis obtinenda unum aut plures libros ab ea auferre, vel alio apportare audeat sub pena excommunicationis ipso facto incurrende et R.P. Prep(osit)o Provinciali Provinciae reservate a qua nequeat absolvi, nisi

promiserit realem restitutionem libri vel librorum inde extractorum.
Datum.

fg.41

Dispensatio illegitimitatis ad obtinendos in nostra Cong(regation)e
quoscumque gradus

Religiosam charitate decet, ut qui votis emissis sub nostra obedientia vivunt atque in observantiae regularis studio proficere in dies contendunt, si quam inhabilitatis maculam ad nostrae Cong(regation)is gradus, involuntarie maxime culpa ante eiusdem ingressum contraxerunt, nobis a Sede Apostolica concessio privilegio, cuiuscumque defectus abstersione rehabilitentur. Quare tenore presentium et auctoritate a fel(ici)s record(ationis) Pontificibus Clem(ente) VIII et Paulo V officio nostro specialiter collata, cum P(aternitate) Tua nostre Cong(regation)is Sacerdote Professo, de cuius in claustralis vite profecta non mediocrem fiduciam gerimus, super natalium defectu dispensamus cum voto consiliariorum nostrorum; quatenus huiusmodi defectu non obstante ad quoscumque administrationes, dradus, preminentias et officia eligi valeas, admitti et assumi illaque genere et exercere ad prescriptum nostrarum Constit(ution)um.

In quarum fidem presentes dedimus et manu nostre subscriptas solito officii nostri sigillo munivimus in Coll(egio).

fg.42

**Dispensatio super etate annum 40 excedente alicuius qui ad nostrum
habitum admitti vult.**

Cum ad habitum nostre Cong(regation)is recipi supplicaverit NN. qui excedit quadragesimum etatis annum, ac proinde nostra indiget dispensatione. Nos annuentes illius precibus et pio Dei serviendo desiderio, virtute Constit(ution)um nostrarum lib.1 cap.9 de munere, et auctoritate Prep(osit)i Generalis (et cetera) cum monitis pag. 34 cum eodem dispensamus super predicto etatis quadragesimum excedentis annum impedimento, quatenus a PP. vocalibus Capituli collegialis NN. visis vivendis ac servatis servandis proponi et recipi ad habitum et probationem nostre Cong(regation)is possit et valeat.

In quorum fidem. Datum.

Facultas erigendi oratorium in nostris domibus

Concedimus facultatem ad maiorem Dei gloriam P(aternitati) Tue R(everen)de Rectori in Coll(egi)o N. erigendi oratorium in loco aperto predicti Coll(egi)i sub titulo N. nec non in eo recitandi officium B(eate) M(arie) Virginis et Missam celebrandi, dummodo ad divinum tantum cultum deputetur et hoc auctoritate nobis concessa a Santissimo D(omino) nostro Urbano Papa VIII; ut colligitur ex brevi dato die 12 decembris 1632. In quorum fidem.

fg.43

Littere Patentes pro missionariis

Cum Ill. mus er R. mus D. NN. episcopus N. solito salutis animarum ardore fervens, aliquos ad spirituales missiones e nostris somaschensis Cong(regation)is PP. requisierit. Nos meritissimi ac zelantissimi antistitis voto in tanto munere obsequi summo opere cupientes; tenore presentium facultatem vobis concedimus atque impartimur, ut quo ab eodem vigilantissimo Presule destinati fueritis commigretis, confessiones fidelium audiat, sacrum Dei verbum enuncietis et ea omnia demum peragatis, que iuxta piissimam illius mentem animabus innandis proficua cognoveritis, et Dominus sit in cordibus vestris, oribus et operibus ut digne et fructuose sacro in hoc ministerio laboretis. In quorum fidem. Datum in Coll(egi)o nostro N.

fg.44

Littere Patentes pro concionatoribus

Ministerium enunciandi verbum Dei, quo maxime excolendo inter plura charitatis officia Cong(regation)e nostra christiano populo prodesse contendit, presentium litterarum serie tibi demandamus, de cuius

doctrina, sufficientia et morum integritate. Nos mediocriter confidimus, facultatem impertientes id ipsum exercendi tam in nostris quam alienis ecclesiis, servatis alioquin de iure servandis. Porro <cosi> autem in meritum Sancte Obedientie districte tibi precipimus, ut in tanto obeundo munere Const(itution)es nostras de Concion(atoribus) l.2 c.13 exactissime observes, presertim vero e verborum lenociniis, poeticis loquendi formalis, lungis descriptionibus, disputationibus curiosis, stylo affectato, memorie et ingeni ostentatione ac demum iis omnibus, que vanitatis ac levitatis specimen referunt omnino abstineas, summam ac perfectam doctrinam esse ducens, quam animarum fructus et peccatorum solus ostenderit, non quam verborum fucus et inanis sermo lactaverit. Dominus sit in corde tuo et in labils tuis, ut digne ac fructuose Sanctum illius verbum annuncies. Datum.

fg.45

Alia formula pro Provectionibus

Ut predicatione verbi Dei populo christiano prodesse possis et valeas, nos qui de tua in tanto prestando munere sufficientia, pietate, zeloque animarum salutis quamplurimum confidimus, facultatem tibi concedimus id ipsum enunciandi tempore Quadragesime proxime in ecclesia N. urbis N. exhibita prius reverentia locorum ordinariis et

aliis in hac parte servatis, que servari debent, et Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis. Datum in Coll(egio)

Alia brevior

De P(aternitat)is Tue sufficientia et morum integritate satis confisi, tenore presentium facultatem tibi impartimur et damus verbum Dei enunciandi in proximo quadragesimali cursu in ecclesia N. servatis servandis alioquin freti, quod ea omnia, que in nostris Constit(utioni)bus cap. de Concionatoribus sancita sunt servare debeas. Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ut digne et fructuose sanctum illius verbum enuncies. Datum.

fg. 46

Aggregatio pro benefactoribus

Divine bonitatis naturam, que sui ipsius divitias in quodcumque creaturarum genus copiosa largitate transfundit imitari pro nostra tenuitate cupientes, spiritualium totius Cong(regation)is nostre honorum fontes (hoc est nostre paupertatis thesauros) quicumque de ea benemerenti patere volumus. Itaque cum nobis certissime constet domum tuam N. ex illorum esse numero, qui multa nos pietate, charitateque prosequuntur, volentes cum summa testificatione amoris, pietatem pietate, charitatemque mutua charitate compensare, tenore presentium et qua ex Apostolice Sedis indulto fungimur auctoritate, dominationem tuam N. non modo superstitem, verum etiam vita functum

Cong(regation)i nostre in domino unimus atque aggregamus omniumque corporalium afflictationum, ieiuniorum, peregrinationum <cost>, vigiliarum bonorum operum, pariter ac meritorem, orationum denique ac sacrificiorum, que in eadem Cong(regation)e d. O.M. pro tempore offerri solent, participem perpetuo reddimus atque consortem. Deum rogantes ut confirmare dignetur in celis, que nos illius generale servientes agimus in terris. In quorum fidem. Datum.

fg.47

Pro illustrioribus viris

Cum celestem thesaurum eterneque vite patrimonium non modo ex propriis virtutibus dominatio vestra augere studeat, verum etiam ex alieno spiritualium operum censo, fructus colligere potissimum vero meritorem omnium que in nostra humilli Cong(regation)e somaschensi misericorditer Deus operatur particeps fieri exopteti; Nos piissimis dominationis vestre de Cong(regation)e nostra benemerentis votis libenti animo annuentes tenore presentium, et ea, qua ex Apostolice Sedis indulto pollemus auctoritate, dominationem vestram non modo superstitem, verum et vita functam Cong(regation)i nostre in Domino: unimus atque aggregamus omniumque corporalium afflictationum ieiuniorum peregrinationum, vigiliarum, bonorum operum pariter ac meritorem, orationum denique ac sacrificiorum, que in cetu totius Cong(regation)is nostre peraguntur participem perpetuo reddimus atque

consortem. Ut tamen charitas mutua charitate penseatur dominationem vestram in Domino possimus ut in precibus suis presertim vero in Sanctissime Eucharistie sumptione Cong(regation)is nostre meminerit eamque bis saltem in mense oratione tum dominicali tum angelica Deo optimo enixe commendet. Interim divinam miserationem rogamus confirmare dignetur in celis, que nos illius generale inservientes agimus in terris. In quorum fidem.

fg.47v.

Alia formula

Ea est dominationis vestre virtus ac pietas potissimum vero singularis in humilem nostram Cong(regation)em ac benefica charitas, ut nos, ea que possumus grati animi mutuique in Christo Domino amoris argumenta ostendere etiam cogamur. Cumque generose beneficentie, qua eadem dominatio vestra eandem nostram Cong(regation)em augere qua datur in dies satagit, non nisi spiritualia beneficia rependere possimus. Idcirco ad spirituale nostrum consortium dominationem vestram admittere sponte et ex corde deliberavimus. Tenore igitur presentium.

fg. 48

Aggregazione per laici ospiti

Essendo noi certificati per relazione de nostri Padri, che voi non mancate di affaticarvi e servire la Religione con affetto, fedeltà e sollecitudine; et essendo fatti consapevoli del desiderio che avete di essere aggregato alla nostra Religione, acciochè vi cresca l'animo di andare avanti nel servizio di essa; Noi per autorità concessa all'Officio, il quale tuttochè indegni esercitiamo, in virtù della presente vi aggreghiamo et incorporiamo alla nostra Congregazione, in maniera tale che non vogliamo che senza nostro consenso, o de successori nostri o del Capitolo Generale o vero definitorio possiate da verun Preposito o Rettore essere licenziato o mandato via dalla nostra Congregazione e privato del nostro abito e consorzio, salvo se li vostri espressi demeriti e male azioni ciò meritassero. Et in fede. Dato.

fg. 49

Fides contra calumniam falso divulgatam

Cum nonnullis ab hinc diebus incerta promulgata fuerit fama P.D.NN. nostre Cong(regation)is Sacerdotem Professum deprehensum in domo femine suspecte vite a satellitibus curie episcopalis urbis N. fuisse in vincula et carcerem coniectum; nos ex nostri muneris debito, nec

non et sic instante dicto P(atr)e cum ad penetrandum huiusce fame fundamentum omnem adtribuerimus diligentiam comperimus etiam iureiurando virorum fide dignorum ac omni exceptione maiorum, hanc vocem merum fuisse somnium, quod ortum habuit ex eo, quod nescio quis eiusdem cognominis religiosus ordinis N. detrusus fuerit in carcerem episcopatus predicti causa impudici comercii cum muliere male fame. Et de hoc tanquam notorio et publico in dicta civitate nobis certo certius constat. Unde postea factum est, ut nonnullorum vel levitate vel insciltia seu malitia vox prefata preiudicialis existimationi dicti P(atr)is emanaverit. Quamobrem virtute presentium omni quo possumus meliori modo declaramus, hanc vocem omnino falsam existere, nec posse aut potuisse ullum afferre preiudicium bone fame ac opinioni que gaudet dictus Pater, vir, alioqui vere religiosus probateque vite, quod si aliquando nobis innotuerit auctor huiusce calumnia et fuerit nostre iurisdictioni subiectus, tanquam calumnie et fuerit nostre iurisdictioni subiectus tanquam calumniator a nobis punietur pene talionis, preter infamiam, quam ex hoc invento mendacio contraxit. In quorum fidem.

fg. 49v

Fides superviventie alicuius ex nostris

Vigore presentium omnibus et singulis ad quos spectat fidem facimus et verbo veritatis attestamur R.P.D.N. nostre Cong(regation)is

Professum adhuc degere inter vivos et incolunum existere et nunc in Coll(egi)o nostro NN. sub obedientia. In quorum fidem hasce manu nostra subscriptas dedimus et solito nostro officii sigillo muniri mandavimus. Datum

fg.50

Forma initiandum Capitulum Generale vel definitorium in ea domo in qua celebrandum est.

Proximo die dominico hora inchoari volumus nostrum Generalem Capitulum seu definitorium, in quo lumen divine ge(nus), nobis et reliquis convocatis PP. imploraturi missam solemnem de Spiritu Sancto mane eiusdem diei decantabimus assistentis officio fungente R.P.D.N. diaconi et subdiaconi partes obeuntibus RR.PP.NN. ceteri autem Patres vocales intererunt e choro cum aliis nostris subditis et in missis privatis colectam addent de Spiritu Sancto celestis numinis auxillium exorantes.

Meminerint preterea sacerdotes omnes in sacrificiis devotas ad Deum preces effundere pro summo pontifice Papa nostro N. pro rege seu Repub(lica) N. ceterisque principibus christianis, et pro his presertim qui suis elemosinis, aliisque pietatis officiis se nobis benevolos ostendunt hoc potissimum tempore. Concionem habebit hac die inter missarum solemnia P.D.N. dom(ini)ca autem sequenti P.D.N.

Confessiones sacramentales excipient tantummodo RR.PP. NN. unus pro
singula provincia.

Monitoris officium, qui curet omnia fieri ad prescriptum

Constitutionem et qui ceremoniis presit sustinebit R.P.D.N. accepto
in socium uno et nostris sacerdotibus ad ipsius arbitrium.

Temporis rationem: observabit P.D.N. et horas prescriptas cuique
actori inchoande indicabit, videlicet

Hora a mane signo campanule invitabit omnes ad orationem
mentalem, ut subinde missis operari possint.

Hora coget omnes vocales in definitorium seu capitulum

Hora egressum insinuabit.

fg.50v

A prandio hora dabit silentii signum

Semiora post horam convocabit in chorum PP. ad orationem
mentalem

Hora de ingressu in Capitulum Generalem vel def(initori)um
admonebit

Loci Capituli Ianitores ad extra constituentur D.NN. D.N.

Hospites advenientes excipiet P.D.N. et cellas cuique destinatas
impertietur; illique addi poterit socius unus ex nostris laicis

Die lune fiat officium cum missis pro defunctis nostre

Cong(regation)is, his precipue qui hoc anno e vita decesserunt

Die martis item fiat officium cum missa pro Ioanne Bossono somasche,
uti semper fieri solet de more

Datum in cubiculo nostre Residentie die ... mense ... anno....

fg.51

Formula intimidandi incorrigibilitatem alicui posito in carcere

Tibi, qui solitus culpabiliter et scandalose delinquere, semel, bis,
tertio monitus et punitus ac omni meliori via et forma iuris et facti
tentatus, ut ad religiosam vitam redires, permanses induritie cordis
tui incorrigibilis, ne putre membrum totum corpus corumpat malo
exemplo, de benignitate canonica, annum ab hac die incepturum ad
rescipiscendum assignamus mediante vere penitentia, certificantes te,
quod eo transacto, nec nobis constituto, quantum de iure sufficiat de
rescipiscentia tua, quod Deus avvertat, procedemus ad expulsionem tui
et ad declarationem incursum in penas de iure statutas, non
obstantibus (et cetera) non solum (et cetera) sed omni meliori modo.
Datum.

Nota quod expulsio incorrigibilitatis non fit nisi ex legitimis
causis, hisque suppositis et patrato crimine semel bis et tertio
formato processu servatis servandis devenitur ad punitionem cum
monitione post sententiam condemnatoriam, ut abstineat a similibus in
futurum sub penis contra incorrigibiles.

Si tertio demum peccaverit, processu formato et sententia lata ut supra declaratur subiectus penis incorrigibilibus debitis et ei iudicatur annus pro expulsionione in carcere in ieiuniis et penitentiis.

fg. 51v

Contra eicendos causa mortis occultati

D.N. (et cetera)

Cum vigore nostrarum Constitutionum cap. de novitiis ad professionem admittatis nobis ex cone iniuncta et concessa sit facultas habitu nostro exvendi et expehendi extra claustra quecumque qui vitium aliquod aut provam valetudinem ante professionem iuramento celaverit; nos ideo huic ordinationi obtemperare volentes periurio detuto Te Nicolaum de Mayo dolose professum, quia ut ex tua confessione constat ante ipsam professionem morbo gallico laborabas, quo adhuc laboras, imo hac de causa labbisis periculum subis, habitu exvimus extra claustra expellimus atque exutum et expulsum declaramus et ut mere laicum et secularem foro seculari subyscimus. In quorum (et cetera)

fg. 52

Forma citandi apostasie suspectum

Cum nos per litteras R.P.N. admoniti fuerimus NN. Cong(regation)is nostre Professum a Coll(egi)o ubi de sua obedientia debebat pretextu transeundi ad aliam Relig(ion)em et cum nunc certo sciamus esse verove <cos1> extra claustra nostra in quas commorari debet, usque ad transitum servat (et cetera). Tenore (et cetera) fugam arripuisse, deposito publice et scandalose regulari habitu et seculari sumpto; tenore presentium et auctoritate qua fungimur precipimus, citamus et expresse mandamus ut intra dies 12 prescriptos a die presentium computandos, quorum quatuor p(rim)os dies pro primo, sequentes quatuor pro secundo, postremos vero quatuor pro tercio et peremptorio termino illi assignamus, ut in prefato Coll(egi)o personaliter coram eodem Patre et ad parendum nostris mandatis compareat; volumusque presentem citationem personaliter ipsi, si repertus fuerit, presentari et intimari, sino autem cubiculo sue solite habitationis et rectoris valvis affligi; quam citationem tali modo executam, eundem valorem habere volumus ac si personaliter et magis legitime execute fuerit; admonentes insuper illum, quod si in dicto tertio et trina et canonica monitione ipsi facta non comparverit, contra ipsum, tanquam contumacem apostasie convictum ac confessum procedemus omni meliori modo. In quorum fidem. Datum,

fg. 52v.

Littere Patentes pro convocando peculiari dieta occasione alicuius
dissidii vel gravi negotii

Cum certiores facti simus PP.NN. non satis inter se convenire de nonnullis rebus, que ad Collegium N. spectare dicuntur; idcirco Nos cuiuscumque dissidio vel incommodo occurrere volentes, dietam peculiarem deputamus, quam Adm. Rev. P.D.N. Prepositus Provincialis convocabit et habebunt in Coll(eg)is N. ipse et Adm: Reverendi PP. NN., quibus tenore presentium et auctoritate qua fungimur, omnium in hac causa facultatem iudicandi ac decretandi impertimur. In quorum fidem. Datum N.

fg. 53

Littere Patentes pro dietistis

Cum definitorio nostro inter Generalia comitia nuper habito in Coll(egi)o NN. decretum fuerit, unanimique omnium PP. vocalium consensu approbatum semel in mense in illis locis, que a Residentia et dieta P.Provincialis nimium distant, alteram dietam seu dietinam celebrandam fore, ex tribus Patribus definitorialibus constitutam, cuius erit negotia proximorum locorum et individuas unicuiusque ex nostri actiones expendere nec non de iis que constabant certtorem

reddere Provinciale[m] dietam ut ex nostris ordinationibus typis mandatis. Cumque unus desit ex tribus PP. definitorialibus ad huius dietine constitutionem requisitis, Nos, quibus datum est alterum posse substituere vocalem, tenore presentium et ea qua fungimur auctoritate Te, de cuius prudentia, integritate et regularis discipline zelo multum confidimus in dietistam NN. eligimus et constituimus electumque et constitutum declaramus tibi facultatem impertientes ea omnia in hac parte dumtaxat prestandi, que, si vere ac realiter definitoria[li]s esses, ad tenorem nostrarum predictarum ordinationum prestares, et Dominus sit illuminatio tua.

fg.53v

Pro Cancellario dicte Provincialis

Cum in def(initorio)no nostro inter generalia comitia in Coll(egio) Sancte Marie Secrete Mediolani habito anno 1704, mense aprelis, decretum fuerit unanimique PP. vocalium consensu approbatum semel in mense Provinciale[m] dietam constitutam ex omnibus patribus definitorialibus in loco vel civitate residentie A.R.P. Provincialis pro tempore degentibus celebrandam fore. Cumque nobis datum sit posse alterum vocalem addere, qui cancellarii munus exerceat; Te, de cuius prudentia ac regularis discipline zelo multum confidimus (si eligendus in Cancellarium propositus fuerit ab ipsa dieta Provinciali addi poterit) quive ab eadem Provinciali dieta propositus specialiter

nobis fuisti, in Cancellarium eiusdem Provincialis diete eligimus et constituimus electumque et constitutum declaramus, Tibi facultatem impertientes ea omnia in hac parte duntaxat prestandi, que a nostris ordinationibus, quas typis mandavimus preteribuntur; et Dominus sit illuminatio tua.

fg. 54

**Pro dieta Provinciali in casu mortis Prep(ositi) Provincialis et
absentia Patris R.mi Generalis ratione visitationum**

Cum ad R.P.N. Prep(ositu)s Provincialis non sine magno totius Cong(regationi)s nostre dolore vita decesserit, cumque nos ut muneris nostri partes a Constitutionibus nostris prescriptas Deo adiuvante impleamus Provinciam N. et deinde N. perlustrare ac visitare debeamus, ne diuturna nostra absentia aliquod Provincie N. detrimentum pariat, totum huius provincie regimen et curam vobis dietam nostram Provincialem; constituentibus cum ea prorsus auctoritate, que vigore nostrarum Constitutionum Prepositis Provincialibus competit, relinquimus et committimus. Ut vero eadem dieta Provincialis integra sit atque completa, scilicet ex tribus PP. vocalibus iuxta ordinationes nostras. Constituto R.P.N. de cuius prudentia (et cetera), multum confidimus vobis adiungimus, vel loco PP. definitorialium deficientium in vestra dieta substitutum adiunctumque et substitutum declaramus. Qia vero contingere potest

A.R.P.N. consiliarium vel (et cetera) ad visitandas nonnullas domos Provincie N. a nobis mitti, volumus, eo adveniente casu, loco eiusdem P. consil(iar)is vel (et cetera) absentis, adiungi seu substitui in supradicta dieta Provinciali R.P.D.N. cuius prudentia pariter ac zelo multum confidimus, prout ex nunc pro tunc eundem P.N. adiungimus et substituimus, adiunctumque et substitutum prout supra declaramus. In quorum .

fg.54v

Sententia que dubiam socii electione confirmat

Cum P.D.M. in Coll(egi)o NN. a definitorio proxime celebrato ex obedientia deputatus et electorum num in socii creatione exclusus; interposita licet protestatione de nullitate ad Nos acceperit: videntes nos id ad essentialiam eiusdem electionis nihil referre, que ceteroquin ipso etiam admissa et adversante, effectum suum sortiri potuisset. Insuper intelligentes ne dum Constit(utionum) nostrarum verum et nostra auctoritate id esse factum; ipsamque Patrem NN. neque per quatuor menses ante dictam electionem commoratum in Coll(egi)o NN. ad id designato, neque privilegio deputationis uti potuisse, ut pote qui per aliquod tempus et decreto S(aacre) Congregationis eidem concesso de adiuvandi Parentibus in rei familiaris administratione, extra claustra pernoctavit (et cetera) quamobrem habito super hoc nostrum Assistentium Consilio eademque illa auctoritate nobis a

Constit(utionibus) nostris cap. 3 lib 1 attributa, quibus decernitur in dubyo circa electionem socii, Prep(ositum) Generalem cum Assistantibus pro tua prudentia decernere debere; declaramus et sententiamus dicto Collegiali Capitulo prefatum Patrem N. interesse haud potuisse ac proinde nullum et irritam esse protestationem cersemus; electionem vero validam omnino fuisse ac in suo robore permansuram. Precipimus itaque in virtute Spiritus Sancti universis et singulis ut omnino acquiescant, nec quicquam eidem electioni iniuriosum attentare ac moliri audeant. In quorum (ete cetera). Datum

fg.55

Littere Patentes pro Magistro novitiorum

D. (et cetera)

Cum Coll(egi)um nostrum N. a def(initione) nostro deputatum ad recipiendos novitios careat magistro, nos proinde de tua dexteritate prudentia et morum integritate plurimum confidentes Te eligimus et electum declaramus omnem facultatem et auctoritatem Tibi imperipientes ut in nostris Constit(utionibus) cap. de novit(iorum) instit(utione) servetis. Inque in hac re servari debent. Datum

Nota che non si dà simile patente se non a chi avesse terminato l'anno 35 quando non vi fosse la dispensa.

Pro vice Magistro

Cum per nostras Cons(titutiones) ut in c.7 l.3 de nova instit(ution)e novitiorum magistro socius sit assignandus, qui illis assistat (et cetera) omnia prestat que in dicto capitulo Cons(titutionum) prescribuntur propterea de tua probitate et prudentia plurimum confidentes te eligimus atque electum declaramus facultatem tibi communicantes et omnia prestandi que a magistris socio peragenda sunt servatis servandis. In quorum (et cetera).

fg.56

Lettera circolare per un Prigione

Ritrovandosi prigione per suoi eccessi nel Collegio NN. di N. il Padre nostro N. perchè quella povera casa, oltre il disturbo non senta tutto l'aggravio della spesa si è fatta la distribuzione per tutta la provincia che deve concorrere al di lui mantenimento, et a V.P.R. sono toccati ducati ... La prego perciò dar ordini con la maggior celerità possibile che mi sieno contacti in N. che così averà merito appresso Dio, concorrendo a purgare la religione da scandalosi e maggiormente obliherà me ad essere (et cetera).

Formola della licenza per chiedere la facoltà della Sagra
Congregazione dell'Indice di leggere i libri proibiti.

In virtù della presente noi infrascritti facciamo fede, come il P. NN. sacerdote nostro Professo è soggetto di molta intelligenza e di tutta l'integrità de costumi, onde solamente a fine di maggior sua erudizione può meritarsi la Grazia della licenza di leggere i libri proibiti, allorchè così piaccia a cotesta eminentissima Congregazione. In fede,

fg. 56v

Lettera di avviso per le visite

Avendo determinato il Padre nostro Reverendissimo d'essere costl per il giorno delli ... corrente sarà venerdì prossimo venturo la sera per fare la visita, stimo mio debito rendere avvisata V.S.Ill.ma, acciochè possa disporre le cose di cotesto Collegio pensando che non le sarà discaro l'incomodo della presente, che di più serve per rassegnarle anticipatamente quelle riverenze con cui sono.

18.57

Inibizione da qualche luogo con precetto

D. (et cetera)

Avendo noi notizia che da qualche nostro Religioso si pratica la casa o N. di un certo N. abitante N. quale benchè sia casa onorata cagiona però dell'ammirazione a secolari per la moltitudine de Religiosi che vi concorrono per lo divertimento del giuoco con grave danno dell'osservanza regolare; ordiniamo pertanto con formale precetto di Santa Obbedienza a tutti gli nostri sudditi Religiosi il non dover praticare onninamente la detta casa, mentre oltre alla mortale trasgressione per cui aggraviamo la di loro coscienza, dovrà il Reverendo Padre superiore di qualunque religioso rispettive obligare il trasgressore a non uscire di casa per lo spazio di mesi sei, e dar parte o a noi o al Ill.mo Provinciale di tal contravvenzione, perchè gli sia posto più forte rimedio. In fede di che,

Altra

Ancorchè dalle nostre Costituzioni sia stato molto bene provveduto a tutti quei difetti che ponno rilasciare la regolare osservanza, intendendo nulla di meno con gravissimo dolore dell'animo nostro, che in alcune case e collegi della nostra Congregazione possa essere qualche disordine per la libertà che si prendono gli nostri Religiosi di giuocare alle carte, ordiniamo colle presenti a RR.PP. superiori

di qualsiasi nostro Collegio o casa, in conferma delle stesse Costituzioni, e per la esatta osservanza delle medesime, specialmente nella materia del giuoco, che onninamente non debbano permettere giuochi di carte o dadi nei loro sudditi rispettive, nè in casa nè fuori di casa sotto qualsivoglia pretesto di convenienza civiltà

fg. 57v

e ciò sotto le pene più gravi comminate nelle suddette Costituzioni lib.4 cap.5 de pena graviori. Alle quali pene vogliamo irremissibilmente siano soggetti i trasgressori, et anche gli stessi PP. superiori ogni qualvolta non facian tutte le loro parti per lo adempimento di quest'ordine. Però incarichiamo a Ill. RR.PP. Provinciali che in atto di visita prendano esatta informazione di quegli che avessero in ciò trasgredito, e gli gastighino severamente con anche portarne notizia al nostro venerabile definitorio affinchè possano prendersi le risoluzioni più proprie intorno a quei soggetti, che saranno trovati in ciò delinquenti; di più commettiamo a RR.PP. superiori de nostri Collegi che quest'ordine sia letto nel Capitolo Collegiale, che dovrà subito raggunarsi a quest'effetto perchè sia intimato e noto a tutti detto nostr'ordine, e che di tanto in tanto ne venga ravivata colla nuova lettura la memoria. In fede di che.

fg. 58

Per una delegazione di formar processi tanto per l'economico quanto per l'elezione dei Giudici per la spedizione de medesimi.

Cum Reverendus Pater D..... aliquot processus confecerit iussu nostro super vita et moribus nostrorum aliquot sacerdotum et precipue super regimine economico ac morali Prepositi Collegii prefate urbis, cumque opus sit, ut ad sententiam definitivam super his, que ex dictis processibus informativis constare potuerunt, tandem deveniatur. Nos tenore presentium in iudices ad ea tantummodo, que ad dictos processus pertinent, eligimus Paternitates vestras in unum congregatas, nobisque omnem que Nobis meipris <cost> est, auctoritatem impartimur, quatenus inappellabiliter quoad tribunal nostrum devenire ad sententiam definitivam possitis et iudicium de pena aut absolutione illorum nostrorum religiosorum, sive sacerdotes sive laici fuerint, de quorum vita processus per R.mum Patrem N..... confecti sunt et precise die presentes illius superioris prefati, si ita de iure videbitur depositione pronunciare. Quod autem a vobis in proximo <cost> iudicatum fuerat, id ita ratum habere volumus, ac si a Nobis immediate iudicatum esset. In quorum fidem.

fg. 58v

Ill.me et Rev.me Domine

Presento Dominationi vestre ill.me et Rev.me P.D.NN. Congregationis
 rev. sacerdotem Professum non mediocri doctrine morumque
 integritatis virum; quatenus domi vestra Ill.ma et Rev.ma dignetur
 eidem aspictato Christi fidelium confessiones audiendi facultatem
 impertiri. Deus autem dominationem vestram Ill.mam et Rev.mam diu
 servet incolumem.

Dominis vestre Ill.me et Rev.me

Obbedientissimus et add.mus servus

fg. 59

Facultas succurrenti Parentibus proprio censu

Tenore presentium et autoritate qua fungimur precibus suis annuere
 volentes, concedimus ut attenda nepotum tuorum paupertate, quicquid
 pecuniarum in actu Professionis a suis heredibus quotannis
 impendendum sibi reservatum est condonare possis ac valeas. Volumus
 tamen ut indulgentie huius nostre confirmationem a venerabili
 definitorio proxime celebrando, obtineas sine qua presentem hanc
 facultatem usque ad id temporis duraturam irritam facimus. In quorum
 fidem. Datum.

fg. 59v

Nos (et cetera)

P. NN. in Coll(egi)o NN. in carcere detento erratorum penitentiam,
correctionem et resipiscentiam

Cum ex processu novissime in Coll(egi)o NN. contra te edito et ex aliis alias contrate in Congregationem nostram actitatis abunde constet de gravibus culpis a te perpetratis, ex quibus magna scandala tum apud Nostros, tum apud seculares orta sunt; cum etiam constet de malis artibus et astutiis a te adhibitis, que per sacros canones prohibentur et ex omni iure vetite sunt, ut religionis iudicium et salutare penas, correctiones et canonicas monitiones efugeres detrectando te a malo avertere et ad bonam frugem redigere. Nos nihilominus bono religionis in primis consulere volentes [sine culpa] uti clementia quam post editum processum in Coll(egi)o NN. te implorare dixisti, previe declaramus quod carceratio et retentio tua in Coll(egi)o NN. tam in isto NN. a te passa inservire possit et debeat pro quocumque canonico incorrigibilitatis experimento forsattim posterum necessario, itemque te previe et ulterius canonicè monemus, ut bene vivendo, teque emendando a vitiiis vite preterite religiosum de te exemplum prebeas et volumus hanc monitionem nostram, que tibi ex gratia conceditur, pro ultima et peremptoria haberi debere sub pena immediate expulsionis ex causa incorrigibilitatis a religione.

Etiam pro prima via et absque nova incarceratione irremissibiliter incurrenda in casu reincidentie in quamlibet novam culpam iniungentes tibi salutarem penitentiam decem dierum spiritualium exercitiorum per te prive explendam (possunt alie iniungi pene ad arbitrium Ill.mi Presbiteris Generalis) et qui tibi pro ultima quoque conceditur, attenta longa incarceratione tua et precibus presentatis in quibus vite emendationem promittis. Benigne etiam pro nunc tecum procedendo ex gratia excarcerari mandamus et te ad pristinam libertatem restituimus, ad quem effectum adiri R.P.NN. in causa tui processus ordinis Commiss(ari)o facultates de super necessarias et opportunas presentibus literis concedimus et impartimur ut nomine nostro presentibus ipsis literis tibi intimatis dictam excarcerationem et libertatis restitutionem exequatur. In quorum fidem. Datum

fg. 60v

Formula della licenza di portar il Girello

Auctoritate nobis a Sanctissimo Domino nostro impertita tibi facultatem concedimus gestandi etiam in misse celebratione Capillirium adscititium religiose moderationi maxime accommodatum et quod oculis intuentium quanto magis fieri potest lateat. In quorum fidem.

APPENDICE AL FG. 43

Dovendo la R.V. Ill. a essere il primiero mezzo d'incontrare le premure dell'Eminentissimo Orsini che con le più gentili et obbligate maniere a me fece pervenire, non posso dispensarmi dal recarle il presente disturbo. Il Marchese Acquaviva nipote del fu Cardinale, stato allievo del nostro Collegio Clementino, che fu sempre onorato da questa nobilissima famiglia, avvisando di aver portato ad compimento i suoi studi in codesta città, si vorrebbe fissare in quella Casa religiosa, ove ha consumato i primi anni della sua età, e perciò il detto Em.mo che ne ha tutto l'impegno e di amore e di parentela a me si rivolge, perchè li procuri l'alloggio in cotesto suo Collegio. Sebbene a me omniamente preme di vedere servito il cappello <cost> che fa l'istanza, la di cui solida protezione alle povere anime può esserci molto favorevole, non oserei se non mi fosse nota l'indole quieta ed amabile del Giovane a tutto costo mi esimerei dall'impegno, nè vorrei a costo della di lei quiete, procurare alla Religione quei vantaggi che ragionevolmente si possono in questo caso operare. Io le propongo dunque un Giovane quieto, studioso che starà a qualunque condizione così sendo uscito qui dal nostro Collegio e che farà per se sue spese quell'estroso che se stimerà per poco d'impiego.

Cum per litteras vestras commissa fuerit RR.SS. Definitorio [.....] et D. Francisca [.....], Iosepho Boldini [.....] diligeri [.....] subycientum quod religiosam vocationem seu quod studium

Rev. [.....] qui habitu nostro indui ardentissimi
cupis. Nos tenore presentium sibi [.....] evadere si per
professos examinantes idoneu reperitus fuerit Capitulo tuo Collegiali
proponendo. In quorum fidem.

<Lettura molto dubbia per i tratti minutissimi e compatti delle
lettere>.

Index formularum
seu litterarum Patentium

	Pg. 1.2
Pro Vicario Generali.....	3
Pro Procuratore Generali.....	4
Pro viceprocuratore.....	5
Pro Provinciali.....	6.7
Pro viceprovinciali seu procuratore.....	8
Pro Superioribus.....	9
Pro Vicario.....	10
Pro Superiore in piis locis.....	11
Pro Superiore ad aliud triennium.....	12
Pro Commissario ad providendum in subitis casibus...	13
Pro Commissario ad recipienda nova loca.....	14
Littere Patentes contra Apostatas.....	ibidem
Contra eiciendos.....	ibidem
Formulae declarandi Apostatam.....	15
Contra electos non professos cum habitu vagantes...	16
Pro Commissario in causa vulneris et homicidii.....	ibidem
Sententia definitiva.....	17, 18
In causa male administrationis.....	19
Pro Commissario ab ipsis Patribus invocato.....	20
Pro Commissario cum litteris Apostolicis.....	21
Ad proseguendam causam alicuius criminis.....	
Procura ad negotium peragendum cum facultate	
Capituli Generalis.....	22
Facultas administrandi bona propinquorum.....	23
Assistendi Parentibus.....	24
Recipiendi novitios ad habitum et examinandi.....	25
Admittendi ad professionem.....	26
Locandi bona in perpetuum.....	27
Littere patentes pro Magistro Novitiorum si a Definito- torio electus non fuerit.....	24 ss.
Littere P. Generalis pro confirmatione Act. Definito- rii Provincialis.....	20.2
Facultas acceptandi obligatione missarum.....	28
Avendi hereditatem.....	29
Transseundi ad laxiorem Religionem.....	30
Transseundi ad strictiorem.....	31
Scribendi super casibus conscientie.....	32
Aperiendi litteras Penitentiarie et absolvendi.....	ibidem
Se presentandi ad confessiones.....	33
Exercendi animarum curam.....	ibidem
Legendi libros prohibitos.....	34
Edendi in lucem libros.....	35
Suspensio ab impressione libri.....	36
Licentia petendi aliquem locum.....	37

Obedienza da un luogo all'altro.....	38
Processo d'Ubbidenza.....	39
Prohibitio extrahendi libros a bibliotecis.....	40
Dyspensatio illegitimitatis.....	41
Super etate 40 annorum.....	42
Facultas erigendi oratorum in nostris domibus.....	42
Littere patentes pro missionariis.....	43
Pro Concionatoribus.....	44.45
Aggregatio pro Benefactoribus.....	46.47
Pro laicis hospitibus.....	48
Fides contra calumniam.....	49
Superviventie.....	ibidem
Forma initiandi Capitulum seu definitorium.....	50
Intimandi incorrigibilitatem.....	51
Contra eiendos cause morbi occultati.....	51
Alia intimandi incorrigibilitatem.....	59
Forma citandi apostasie suspectum.....	52
Littere patentes pro dietistis.....	53
Pro Cancellario diete Provincialis.....	ibidem
Pro dieta in casu mortis vel absentie Provincialis.....	54
Pro magistro et vicemagistro novitiorum.....	55
Lettera circolare per un Prigione.....	56
Di avviso per la visita.....	ibidem
Formola della licenza di chiedere la facoltà di leggere i libri proibiti.....	ibidem
Inibizione da qualche luogo e per li giuochi.....	57
Littere presentationis pro Confessariis.....	58
Delegatio ad processos formandos.....	58
Facultas succurrendi propriis Parentibus.....	59
Sententia que dubiam socii electionem confirmat.....	54
Littere patentes pro convocanda peculiari dieta.....	54
Littere patentes pro Commissario ad agendum cum aliquo et statuendas conventiones pro acceptione nove domus.....	12
Alia sententia que dubiam socii electionem confirmat..	28